

vix.

¶ Poies. ^{χρηστ.}
Ald. Basf.† A. Her.
* χρήστος
Εργασίων.

πώλεσιν τό, τε οὐτί τό διδάσκει συμβούλουν· ωδέ γέρε
ὑγείανεπει τὸ Φύλλον Σφέχορδον, οὐ μὴ οὐδέπολονέ-
ται, Διὰ τὸ τόνιον νοτίαν θηλαρέιν· * ὅγειν καὶ ἡ ασφα-
ργεία γένει οὐδὲ μήν. τὸ μὴ, λευκόν, τὸ γέρειον
αργείανα γάμφοτερα τῷσις ἐκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν
ἐν ἑλαῖῳ τελεθέαντος. Φύλλον μὲν μάλιστα τῷσις τῷ
υδρηλά. οὐδὲ σονταγή πίνει καὶ τῷσις στραγγυγείαν τῷ
τελχομανές τῷ πινεῖ. ἔχει δὲ τὸν καυλὸν ὄμασιν τῷ α-
διάτῳ τῷ μέλανι. Φύλλον μὲν μικρὰ σφόδρα καὶ
ποκνά, εἰς πεφυγένη καταστηκόν αἰλίλων. πίζα δὲ
εἰς ψέσην χωρίαν τὸ φίλει σκιερόν. τῶν δὲ καὶ μέρο-
ς αἰθέλων ιδίου τῷ τοῦ αἴθεμον. ὅπ τῶν μὴ ἄλλων
πάστων ιδίου τῷ κάτω τορώτον τὸ αἴθεμα. τέττα γέ,
πάνω. τογχάνει δὲ αὐτῷ τῷ μὴ κύκλῳ τὸ λευκόν
αὔρος, τὸ δὲ εἰς τῷ μέσῳ, * τὸ χλωρόν. οὐκέποτε
δὲ ἐκπίπτει καθάπερ τῆς ἀκανθώδεστος καταλιπώ-
της τῷσις φυσιν κεντέω. εἰδη δὲ αὐτῷ μάλιστα.

manditur. Atque hæc differentias habere ejusmodi constat. Propria verò herbaceis vel + illa tri-
bui solent. Adianti, id est, capilli Veneris, * folium in aqua nunquam madescit, nec quicquam
adhæsisse humoris constat. Vnde & nomen herba ^{+ Inter her-}
aceae adi-
anto sive
capillo Ve-
neris.

* Proprium
est, quod li-
quore per-
fusum fo-
lium, non
madescit,
inter se
opposita, radicem * minimam; loca
amat opaca. Inter ea verò, quæ florere particu-
latim notantur, peculiare, quod in anthemo fieri
solet. Cum enim carteris omnibus proprium sit, ab
ima sui parte + deflorere incipere, id à summo incipit + Tricho-
florere. Candidus flos circundat, medium + viri-
dis tenet, & semini color idem. Decidit id, uti & * Superva-
spinosorum, conceptaculo inani relicto. Genera
eius plura.

cuam.
+ Florere.
+ Autens.

JULII SCALIGERI AD CAP. XIII.

T ^{τὸν θεοφύρων.} Theodorus addidit herbarum. De bulbis
enim loquitur.

πόδια. Theodorus Togæ, Tunicae potius, si podia sint
πόδεις, ac non putius alia tegumenta.

Πλειστοὶ καὶ τὸ βολβῶδην, καὶ πάτταν. Theodorus legit, καὶ τὸ
ἰδίωτα. Sicut supra, μικροί, εἰς μικράν. Herodotus autem
χαρίστεται, ut semper. Namque in Melpomene sic ait. Εἴτα μὲν
σύμποτε, καλῶν εἰς πάτταν, αὐτοὶ τούτοις, Theodorus legit, εἰ-
πιν, unica voce. Theophrastus autem nunquam persuade-
bit, violam matronalem nisi radice bulbosa: neque ea, quam
adducit rationem, satis est. Inquit enim βολβῶδην πάτταν,
εἰς προνύρων τῆς μέσης.

Οὐ καλέστη καμαρα. Quoniam hyeme augeatur. Multa
quaque ex animalium genere ita crescunt, præsertim ju-
menta.

Καὶ τὸ μέρη πάτταν τοῦ θεοφύρου. Hinc caput aliud. Maxi-
mènī diversa materia à superioribus bulbaceis.

Οὐ δὲ ιπιδηλόν εἰ τὸ θεοφύρου. Theodorus,

Nec quidquam adhæsisse humoris constat. Itaque du-
pliciter quis interpretari queat, Διὰ τὸ ιππίνειν τὸν τόνον.
Propertea quod non patitur ab humore: hoc enim est
ιππίνειν. Aut si legatur, εἰς ιππίνειν, intelligas, quia hu-
mor non infideat.

Ως δὲ οὐτοῦ πάτταν. Theodorus, Trichomanes, fidiculam
interpretatus est. Cato fidiculam, polypolium vocat. Neque
enim ad aluum dejiciendum Trichomanes compararetur.
Sic etiam Plinius. Quod autem sequitur, πίζα δὲ εἰς τούτην,
falsum est. Theodorus emollivit. Radicem minimam.

Τὸν δὲ μέρη πάτταν. Non accusabo negligenter Phili-
osophum. Manifestior enim est quam ut veniat in judicium.
Neque enim erat is locus: sed ubi florum narrat historiam,
atque differentias germinationis. Cum autem hic sit sermo
εἰς αἰτιολογίαν. Theodorus erravit, si ita scriptum reliquit,
uti legimus. Inquit enim, id à summo incipit florere. I-
dem supra semel atque iterum αἰτιολογία nigellam est inter-
pretatus. Hic ab scapo deservit: Εἰς Γρæca voce uti maluit.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

D E bulborum generibus hoc capite agit Theophrastus, eosque inter se differre ait magnitudine,
colore, figura, sapore. Quis ille bulbus sit in Cherrone-
so Taurica adeo dulcis, ut crudus etiam mandi possit, me-
ignorare, nec unquam vidi se fateor. De lanigero, sive
Eriophero bulbo pauca dicenda. Supra lib. vi cap. ult.
βόλης καίδος vere cum narciso, vel paulo post florere
scriptit. Dixi καίδος pellem, stragulumque laneum dici,
ac proinde bulbum eriophorum & codium eundem bul-
bum esse. Καίδος enim grammaticorum filii τὸν μὲν τὸν
τεῖον δέρμα σκινάζειν. Pellem cum sua lana curatam ac
preparatam, exponunt. Hoc bulbi genus præterito anno
floruit, mense Junio, in horto Abrahami Castleinier,
vulgo Carelyn dicto, tulipario diligentissimo. Descri-
bitur a doctiss. Clusio lib. ii. hist. plant. cap. xxxiiii.
Sunt huic multa oblonga folia, hyacinthini fere similia,
non narcissin, minus carnosa, & succulenta, duriora
etiam, viridia, mucronata, ingratia saporis, quibus
minutissime etiam confractis, tenuia quedam stamina,
instar telæ aranearum deduci possunt. Ex horum medio
caulis exit bicubitalis, aut amplior, rectus, scillini cau-
li æmulus, laevis, nudus, virescens, suprema parte ad
cæruleum colorem tendens, oblongamque ac veluti
densam spicam, in denos vel plures verlus antequam
explicetur, distinctam, primum viridem, sed paulatim
(dum sepe explicat in flores) cæruleum colorem contra-
hentem. Flores senis foliolis stellatim expansis constant,
triangulo umbone in medio protuberante, hyacinthi au-
tumnalis floribus valde similes, inodori, cærulei cum
quis quibus insident, pediculis & internis staminibus;
quorum apices initio purpurei, ubi sepe expanderunt,

pallescente quadam veluti farina aspersi sunt. Incipit
florere ab imo, ut Scilla & reliquæ magna ex parte bul-
baceæ stirpes, flores racemi, aut spicæ instar confertos
habentes, solent. Semen observare voluimus; sed flores,
admodum caduci, statim marcescere cæperunt, & re-
lictis tantum in caule pediculis deciderunt. Radix crassa
& bulbosa est, & plurimi tunicis albis contexta, tomen-
tosa, & veluti aranearum telis obsita, multos ut pluri-
mum bulbos ad latera adnatatos habens, & crassis oblon-
gisque fibris nitens. Locum Theophrasti de bulbo e-
riophoro recenset Athenæus lib. ii. deiponosophist. fe-
rè verbis iisdem velut, in vulgaris codicibus legitur, nisi
quod addat, ex Phania τὸν ιδίον τούτον. Quod in in-
dicis bulbis reperitur pilis simile est. Quod etiam Theo-
phrastus, sed aliis verbis sensuque dicit. Meminit autem
hujus bulbi Plinius lib. xix. cap. ii. Theophrastus auctor
est, esse bulbi genus circa ripas annuum nascens, cuius inter
summum corticem, eamque partem qua vescuntur, esse la-
neam naturam, ex qua mapalia, vestesque quædam confi-
cientur. Sed neque regionem in qua id fiat, neque quicquam
diligentius, præterquam eriophoron id appellari in exemplari-
bus, quæ quidem invenerim, tradit. τὰ πόδεα (sic enim apud
Athenæum, & Pollucem lib. ii. legitur) mapalia vertit
Plinius. Mapalia, ut auctor est Servius Maurus, sunt
magalia, & ut ipse Plinius capite præcedenti docet,
mapæ fuerunt lineæ, non laneæ. Doctissimus Gaza mi-
nus recte togas vertit. Interpres Athenæi fascias pedum,
& Baylius non melius dixit, fascias curales. Τὰ πόδεα
Polluci sunt τοῦ τοῦ ποτοῦ ποτοῦ ποτοῦ. Scripsit itaq; Plinius,
uti Doctissimus Adrianus Turnebus, & Robertus Con-
stantinus referunt, ex qua impilia, vestesque confiantur.
Et sic

Bulbus eriophorus Clusii.



Et sic in antiquis codicibus Plinii scriptū esse Turnebus auctor est. Sunt autem impilia socculi ita dicti, quia non expilis, sed ex lana coacta fierent. Unde πέδαις dicti, οὐ δινόσαλγος, quod utriusque pedi essent idonei. Hesichius γάλης δὲ τὸν ράστων, adaequo, premo, dicuntur. Νάκτη τὸς πίπης η τὰ τυμπάνα, quodē coacta lana fierent, obvolvendis tegendisque pedibus. Martialis cilios udones vocat.

Vdones cilicij

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti :
Cyniphyo poterit planta latere finu.

Vox denique impilia apud Ulpinanū in l. 25. v. 1. de aur. arg. exstat. Fasciae, inquit, crurales, pedalesque *impilia*, vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. Et hæc de impiliis, sive *modelio*s dixisse sufficerent, ni à viris doctissimis objiceretur, πέδαις pedum sunt tegumenta. coactiliorum industria coacti frustra addidit, vel saltem abutitur voce ἵφαινδας Theophrastus. Respondeatur, Si non convenit satis *Cis modelio*s, Theophrastum addidisse, quod *mūs iugēnous* conveniat. Hæc non coguntur, sed texuntur.

Bulborum quædam nomina recenseret Præceptor, partim cognita, partim incognita. Exscripsit hunc locum Plinius lib. xix. cap. v. ubi ait. Reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, suavitate. Quippe cum quidam erudi mandantur ut in Cherroneo Taurica; post hos in Africa nati, maxime laudantur, mox Apuli. Hæc de suo Plinius addidit Lybicorum bulborū meminit Martialis.

Dannius an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
An Megarisi veniat, noxius omnis erit.

Genera hæc fecere Græci, bulbinem, setanion, pythion, acrocorion, ægilopa, sysinrichion. Bulbinem Theophrastus non describit. Ejus notam unam alteramque tradidit Plinius lib. xx. cap. ix. Bulbinem Græci vocant herbam porracis foliis, rubicundo bulbo. Quod si muscari bulbum ferret rubicundum, bulbinem crederem. Folia enim habet quina, senaque per terram strata, porrum referen-

tia. ex horum medio caulis verno tempore erumpit, sati crassus, rotundus ac nudus, admodū infirmus, pro sua crassitudine. Hunc à medio ad summū fere racematum, coherentes ambient flores, urceolis propemodum similes, initio interdum purpurascentes, aut virides; deinde ex purpura virentes, aut cum viriditate albantes: non nunquam subcærulei, aliquando nigricantes initio, sive saturatè purpurascentes, deinde pallidi vel flavescentes, vel ab initio pallidi, postea flavi; postremo ubi tabescere incipiunt, nigricantes aut pulli, iisque mucrone quam in aliis crassiore, & obtuso interdum; qui marcescere incipientes, gratissimum moschi fere, aut aromatum odorem referunt; licet qui flavo colore est, gravius quippiam, & naçissinum spiret. Omnibus succidunt prægrandia trigona, & veluti pinnata capita, in quibus semen continetur nigrum, rotundum, magnitudine orobi, aut seminis hyacinthi primi Mathioli; sed majore. Radix subest magna, albicans (quæ fortassis rubicunda dici posset) multis tunicis, cæparum modo, contexta, & frequentibus crassis fibris, ex ima sede pro-

Bulbus vomitorius dipcadi.



deuntibus firmata, perennibus nec singulis annis marcescentibus, & pereuntibus, ut narcissorum, hyacinthorum, &c. Mathiolus bulbi vomitorii nomine exhibuit, sed si Plinio fides adhibenda, loco citato neutiquam hic vomitorius veterum est, de quo hæc Plinius. *Bulbus*, quem vomitorium vocant ab effectu, *folia habet nigra*, *cateris longiora*, qualia neutiquam hujus foliola. Dioscorides lib. II. cap. cci. Βολβὸς ὁ καλέμισθος ἐχει τὰ φύλλα ιψαττόποδα, οὐ πελλῷ μονοφύλλα τὰ εἰδῶλα, μέσαν τούτην βολβόν, οὐδὲ ὁ φροῖος μίλας. *Bulbus*, quem vomitorium vocant, *folia habet lori modo flexiliora, multoque longiora quam esculentus*: radicem tamen bulbo similem, sed cortice vestitam nigro. Radicem qualem habeat diximus, folia lori modo neutiquam flexilia sunt. Cum bulbi vomitorii descriptione narcissus junci foliis convenit. Huic folia multo quam alterius bulbi flexibiliora; utpote juncei propemodum lensoris, & perquam longa. Radix tenui membranula nigricante cingitur. Illud notandum restat, quod Plinius folia nigra, Dioscorides radicem nigram scribat. Sed solet Plinius confundere omnia. De leucoio supra egimus. Plinius pro leucojo, setanion legit. Setanion, ut supra audivimus, cæpæ genus quoddam est. Rectè fortassis legit Plinius ὁ μῆνας, vulgo ἡμέρα. Qualis is bulbus sit, ignoror. καὶ τοις inter bulbacea recenser

Theophrastus, supra, inquit viri Docti, inter calamophylla ejus meminit lib. I. cap. xv. Videat lector quæ ad cap. vii. lib. II. annotavi. Ubi dixi quod κόξ folio arundinaceo, palmæ genus est Æthiopicum, Plinius κόξ; sed ejus loco apud eundem legitur, acrocorion, ægilopa. Pro acrocorio, viri doctiores luspicantur legendum acrocorodon, putantque idem esse cum coice. In tanta brevitate nihil affiramus, nihil negamus. Sufficit fateri nos nescire, quales hi sint bulbi. De syfrinchio pauca dicenda. Bulbus hic cognitus. De eo tradit Theophrastus imam radicem hyeme augeri, eandemque florente viola contrahi, superioremque crecere. Idem loco citato Plinius. In hoc mirum, imas ejus radices crescere hyeme, verno autem cum apparuerit viola, minores contrabi, tum deinde bulbum pinguescere. Bulbum radicem superiorem vocat, quæ verno tempore augescit, Et lib. I. cap. xv. inter plantas à radice foliatas numerat Theophrastus.

Syfrinchium, uti corremus, dicitur, vel à pabulo bulboso atque carnosæ radicis aptitudine, vel à rostrata forma hujus plantæ, rostro suillo simili. Describitur *syfrinchium* à Clariss. ac nobiliss. botanico Fabio Columna



his sere verbis. Radicem habet bulbosam, parvam, avellanae nucis medullæ parem, cortice colchici modo obductam ruffo, qui facile evellitur, rotunda, forma oblonga vero, & inferius non us alie bulbosa, rotundam, planam & fibrosam basim habentem, sed in oblongum productam, sinuosam & in acutum definentem, delphinii, vel suis rostrum effigientem, levem, veluti arte elaboratam, superiorem animalis mandibulan imitantem, atque palati partem cavam; ex alia vero veluti inferiorem alteram mandibulam, que tenuis est & lata, mobilis, menti instar, ex lata in tenuissimis fibris divisa, tandem denis veluti capillamentis, quibus terræ adberet, & alimentum trahit. Inter ambas verò, linguæ modo, carnosæ fibra rotunda longa exit, ex qua se propagare videtur, ut aliæ bulbosæ solent: & bulbus anno sequenti efficitur. Cujus rei signum est cortex inanis bulbi, qui supra vegetum bulbum paulo superius invenitur, ut depingitur. Fibre pullæ diaphanae, ut orchidum fibrae, non solidæ, ut bul-

bus qui densus, durus, albii splendidus est, castaneæ immaturæ sapore. Duas uncias infra terram occultatur, & supra folia emittit quatuor, quinque, vel septem inæqualia, tenuia, dura, carnosæ, minora & breviora croci sativi, nec lata; sed xiphis modo totum deorsum, solida, duriuscula, striata. Binos emittere flores observavimus stellatos, inter folia terræ haerentes, sex foliolis constructos, ex folliculo exentes: quorum tria exteriora virescunt, vel violacea sunt, reliqua alba, & liners tribus violaceis per longum ductis depicta, sylvestris croci modo; (minora etiam chamæmalii superius depicti) brevius intus staminulus. His marcescentibus fructus remanet oblongus, viridis, tritici grano par, trigonus, deinde duplo major, in quo semina turgent, & in superficie, propter cutis tenuitatem, extuberantia apparent, siccatus disruptus, & copiosa, minuta, rotunda, & flavenia ostendit. Novembri fine observavimus in hac planta bulbulum emittere supernæ, ut gladiolus, qui tunc parvus admodum erat, duobus foliis emissis, atque hyeme postea crevit, foliisque alia emisit; quare hyeme bulbum crescere & pinguescere certum videtur; & state vero contrahi exsuccum. Nam vere fructus perficit Aprili mense, cum floruerit Martio. Hactenus Doctiss. Fabius Columna, cuius descriptionem sequi vilum fuit, quia pleraque observare nobis non licuit. Semel tantum plantam hanc vidimus florentem in horto Marci Cornelii, cognomento Floræ; perit deinde radix, nec unquam repullulavit, magno nostro dolore.

Nunc diversam tractat à superioribus materia. Caput itaque hoc Theodorus a priori diversum fecisset; de adianto & trichomene agit, ac quidem adiantum dictum inquit, quod folium non madescit in aqua, nec quicquam patitur ab humore. Hanc præceptoris mentē, his verbis reddidit Plinius. Lib. xxii. cap. xxii. Aliud adianto miraculum, & state viret, bruma non maturescit: (lege marcescit vel madescit) aquas respuit: perfusum mersumque siccus simile est, tanta dissociatio deprehenditur. Unde & nomen Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam callitrichon vocant, aliis polytrichon, utrumque ab effectu. In verbis his illud norandum, quod fruticem topiarium vocat. Frutex non est adiantum, sed herbula caule carens. Deinde toparia non est herba. Nam nulla hominum industria ea utitur, ad ornando legendosque hortorum parietes, ut aliis topiariis plantis. Inepsum enim ad hoc. Nec verba haec ita intelligenda quasi naturæ artificio quodam muros vel margines puteorum, fontiumque, & quibus prorumpit, veluti topiario opere vestiat, sed volum vicinitate deceptus est Plinius. Achantis planta topiaria est, non adiantum, quod nomen accepit, quod ἀχάντη, quod in aqua non madescat, uti Theophrastus. Nicander vero sic dictum putat non quod in aqua mersum & irrigatum, immadidum permaneat (quasi verd longiore mora in aqua, ut aliæ herbae, non madescat) sed quod imbris ē cœlo cadentis stillicidio, foliis ejus non insideant.

ἀχάντες τὸν αὐλαῖτον, ὁ γένος μεθροιο ῥαζέντος.
Λεπταλέη πίπτουν νοτὶ πετάλοισιν εφίζει.

Et nunquam madidum veneris compone capillum
Cui non insideant, effusi nubibus imbres,

Scholia festo δὲ ἀχάντες συτῷ καλεῖται, Διά τὸ καθαρόν, καὶ οὐ γεντον τὸ αὐλαῖτον γράποντος φύεται. καλεῖται ἢ τριχίτριχος, τὸ πολύτριχον & τριχόμενος; (mox hoc examinabo) τὸ δὲ αδιαλέκτιον ὃν Διάλεκτον ἐθέλεται, τὸν οὐδέσσον τοῖς φύλαις αἰσθαντος δικαίως τοῦ φύλακα, ηγετον οὐδεποτε συμπιπτει. Achraes, quasi, purum & immaculatum dixit. In siccis enim locis nascitur; (sed suspicor legendum ἔνδον, ita Theophrastus, ita Dioscorides, ceterique, præbumidū.) Vocatur etiam callitrichon & polytrichon, & trichomanes. Adiantum vocatur quod non permadescat, & humore perfundatur, guttaque roris pluviaeque foliis ejus non insideat. Nunquam enim sitit, sive bibit. Doctissimus Fuchsius adiantum dici auctorest, ab interioribus puteorum parietibus & fontium marginibus quas coronat; quod nimurum quasi sitiens illorum aquas, quas tamen odit & respuit, querat. Sed cur ab aquis non madescat, sive guttae foliis non inhæreant, hanc Scholia festo Theocriti causam adfert. Eidyl. i. βούνην ἵσται τὸ Διάλεκτον ἀβρεγκον, οὐτον τὸ οὐρανόν, τὸν αἰπεντρούν μερισι, τὸ τοῦ Διάλεκτον τὸ βρύχον. ηγετον τὸ μηδὲ οὐδὲ τετραδύμον Διάλεκτον εἶται & γλυκερόν. Herba est, quæ semper humore caret; unde & nomen accepit, à parte debili, & rigo, hoc est madeo; quod nunquam madefiat, quod relictitudinem quandam

quandam ac aciem hoc est penetrabile sit, quomodo Hippocrates nivem acutam dixit, quod gelu suo in corpus humanum facile penetreret) & visciditatem habeat. Viscidis, pinguibusque humor non adharet: sed an tanta lentitia, visciditasque insit adianto, dubitatione non caret. Sed nec hoc verisimile. Alii siccitatem causam scribunt. Ex hac enim herba tantus exprimitur succus, vix ut quadrante à tota mole super retur. Ex libra enim illius herbe premitur succus ad bessem (hoc est octo uncias) aut etiam plus. A forma id evenire qui adianti naturam novit, facile credet. Ex locis jam citatis constat, & callitrichum & polytricum dictum, nec non trichomanes. Idem scribit auctor Auctuarii. Plinius loco citato, Duo genera, candidius, & nigrum, breviusque. Id quod majus est polytrichon. Aliud (vel, ut in melioribus legitur codicibus, teste Pintiano, alii) Thrichomanes. Ex quo auctore hæc Plinius habeat, non constat. Paulo supra adianton callitrichon & polytrichon vocari scripsit. Quidam, inquit, callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu. Adianton polytrichon dictum esse, auctor est Dioscorides. Idem etiam callitrichon dictum esse, auctor est Galenus lib. II. cap. 2. ubi tacite Archigenem reprehendit, quod καλλιτρίχον trichomanes vocarat. Εφεύς καλλιτρίχον τέφιν αξιον την κιφαλην, ὅπις διοικεῖσθαι, φυτόν, τεχνουντες. τῷ δὲ διδού τοις καλλιτρίχον τοις τεχνουντες αὐτοις καλλιτρίχον τοις τεχνουντες; Deinceps Callitricho coronare caput operæ pretium dicit, (adversus dolores ex ebrietate) quod trichomanes, inquit, (scilicet Archigenes) quidam appellant; ego vero, (scilicet Galenus) eos qui de herbis scripserunt, adiantum magis callitrichon appellare scio, quam trichomanes. Porro adiantum callitrichum dicitur, quod tingat capillum, pulchriusque reddat, & ad hoc decoquatur, ut crispum densumque faciat, tum etiam quod capillos defluentes confirmet ac retineat, Plinius loco citato, Tingit enim capillum, & ad hoc decoquitur in vino, cum semine apij, adjecto oleo copioso, ut crispum, densumque faciat, defluere autem prohibet. Καλλιφύλλοι ab Hippocrate, teste Galeno dicitur, καλλιφύλλοι (vulgo καλλιφύτης) σώματα καλλιτρίχον καλλιφύτης, quod callitrichum & adiantum vocatur. A foliis, ut credo, venustate. Polytricum quasi multicomum vocatur, quod capillos multos ac densos faciat, eorumque defluvia sistat. Capillus veneris dicitur à speciosis reddendis capillis. Et hæc de nominis etymo. Descriptione, postquam de generibus quedam dixerimus, addam. Vix enim descriptio dari potest, nisi de generibus difficultas quedam soluta sit. Theophrastus duo adianti genera esse scribit, album & nigrum; si autem Trichomanes inter adianti genera numeretur, tria erunt. Dioscorides unum describit, si trichomanes addatur, duo. Adianthi tamen genus, veterum nemo esse scripsit. licet adiantum vocari quibusdam scribat Dioscorides; quod Plinii fecerit, ac confundendi occasionem præbuit. Duo Plinius loco citato genera describit, candidius & nigrum: sed trichomanes alterum facit adianti genus, & quod Theophrastus de trichomane, sive tertio adianto, ille de albo nigroque tradit. Insuper quod Graeci de trichomanes foliorum ordine ex adverso sibi respondentium contrariis pediculis, ille de foliorum utriusque adianti figura. Hæc ejus verba loco citato. Duo ejus genera — vocant, utrique ramuli nigro colore nitentes, foliis filicis: ex quibus inferiora aspera & fusa sunt: omnia autem contrariis pediculis densa inter se ex adverso: radix nulla, umbrosas petras, parietumque aspergines, ac fontium maximè specus sequitur: & saxa manantia; quod miremur, cum aquas non sentiat. Conferat hæc Lector cum Græcorum Theophrasti & Dioscoridis scriptis, & confundere Plinii adiantorum genera afferet. Hoc in Plinii verbis annotandum restat, quod utriusque adianti ramulos nigros dicat. Tales trichomanes, tales adianti coriandri folio; contrarium albi adianti ostendunt. Nam cur candidum diceatur, nisi quod candidiores haberet ramulos? Errandi occasionem Plinius Neophyto præbuit. Hic adiantum unum folia filici similia habere scribit; alterum lenticulae; tertium coriandri folio. Sed hoc aperte non scribit. Adianton, inquit, οἱ δὲ πολύτριχοι, οἱ δὲ κάρδιοι, οἱ δὲ πτεροι, οἱ δὲ σπεργοι, ρωμαῖοι καπιλάραι, οἱ δὲ πινθλαι, οἱ δὲ φιλικαι φύλλαι εὔσια πτεροι. τὸ δὲ πτεροι αδιαντον τοις φύλλοις φαγεῖσις ιστενται αἰλάνται την ράβδιων. Adiantum, nonnulli polytrichum, aliis coriandrum humidum, quod locis humectis nascatur, ac folia ferat coriandro similia; alterum adiantum nonnulli pterion, aliis opterion, Romanis capillare, aliis

pumulam, aliqui philiciam, folia habent filici similia, alterum adiantum, id est, tertium foliis est lenticula similibus adversis inter se, in virgulis. Duo posteriora adianti genera unum sunt. Dioscorides Trichomanes vocat, dicitque foliorum situ filici esse similia: folia autem ipsa facie φαγεῖσι esse. Adiantum album non descriptit Dioscorides; nigri has tradidit notas, lib. IV. cap. CXXXVI. αδιαντον, οἱ δὲ πολύτριχοι, φύλλα δε τοις προτετραφθεὶσι, εἴποισιν τοις φύλλοις εἴσιται, εἴποισιν τοις φύλλοις εἴσιται (quæ sequuntur in antiquissimo non reperiuntur codice, inclusa non habentur apud Oribasium)

Adiantum, capillus veneris verus.



τὸ δὲ παῦλον οἱ δὲ επιφυτει μίλατα, ιγυρῶς λεπτὰ, αποθεματικά, σιλεοτα (φύλλα εὔσια πτεροι, μικρά λιανζήτε δὲ καλλέ) εἴπει αὐτοὶ οὐτε περοῦ, φίσαι, μίλα μέγετος φίσαι τοις πατέραις καταπέπλοις καταπέπλοις τοις τεχνουντες, Εἰ δὲ τοις περοῖς Adiantum, aliis polytrichon, pūsilla gerit folia, coriandri similia, in extremis incisuris divisa (quæ sequuntur non habet codex antiquiss. quæ parenthesi includuntur non leguntur Serapio, nec Oribasius) virgulas vero εἰ quibus ea prodeunt, nigro colore nitentes, prætenues, & palmum atlata (folia filici similia, parva valde,) neque caulem, neque florem, neque semen profert. Radix est supervacua — ceterum in umbrosis & palustribus locis, & in parietibus aspergine humentibus, circaque fontes provenit. Quæ Oribasius Serapioque non legerunt, ea à sciole quopiam, ex proximo capite sequenti huc translata esse, cum Saraceno credimus: Non enim verisimile fit, eadem folia & coriandro, & filici comparari, nec quicquam desideratur, uti viri Docti crediderunt, quæ ita suppleri voluerunt. Αδιαντον, οἱ δὲ πολύτριχοι οἱ τὸ ιδρὺ επεργοι αἰνέντες, λευκὸν φύλλα δεσμοι τοις προτετραφθεὶσι, εἴποισιν μίλατα, ιγυρῶς λεπτα, αποθεματικά, σιλεοτα. τὸ δὲ πτεροι μίλατα τοις φύλλαι εὔσια πτεροι. Adiantum altis polytrichon, est in eo genere candidum, cui pūsilla folia coriandri similia, in extremo incisuris divisa: caulinis εἰ quibus excent nigrisunt, prætenues, dodrantales, & nitentes; alterum vero εἰ nigrum folio filici. Hanc lectionem probare nequo; quod neque apud Oribasium, neque Serapionem, qui fideliissime Dioscoridem exscripterunt, vel rudimenta quidem hujus apparent. Deinde si lectionem hanc admitterem ἀντὶ λευκογ, μίλατος & αὐτὴ μίλατα. λευκὸν substituerem, legeremque οἱ τὸ ιδρὺ επεργοι μίλατα, φύλλα δεσμοι — τὸ δὲ πτεροι λευκὸν τοις φύλλαι εὔσια πτεροι. Duo adianti genera describit Theophrastus, album & nigrum; nigrum illud est quod officinæ adiantum vel capillum veneris verum vocant. Hoc enim caulinos habet palmum longos, læves, sub nigro punico colote splendentes, folia exigua incisuris divisa, ambituque crenata, coriandri aliquatenus æmulantia, nullo ordine digesta, radicem tenuibus plurimis capillamentis constantem; alterum vero album ruta muraria est Officinæ salviam vitæ & capillū veneris vocant. Nec πηγαινια legendū, pro πηγαινια existimo; quod ruta muraria caulinos edit complures teretes ac tenues, pallidosve, ac circa hos foliola exigua indigesta ambitu crenata graycoleantis rutæ similia; anteriore parte lævia, viren-

Ruta muraria.



tiaque, averfa obfoleti coloris, punctulis obsita. Hæc inquam ratio non satis valida, quæ in *τηγανίᾳ τηγανίᾳ* legendum contendam, sed quod Theocryti Scholia stes ad hunc Eidyl. 12 versum scribat

Κυάνεόν τε χελιδόνιον, χλωερόν τε αἰδίαντον.

Et cæruleum chelidonium, virideque adiantum.

Αδιάντον — οὗτος δὲ ὁ οὐσιος τηγανίος, τὸ φύλλον τοῦ οὐσιοῦ καυλὸν δὲ ἐπίχοι, ἐπὶ αὐτῷ δέ τοι κρεπόν, ρίζαν δὲ μήτε περισσούσην οὐδὲ λεπτήν, γολεῖται, οἷος ἔτοι τοῦτο τοῦ δινεστενοῦ οὐδὲν. Ιερεῖς τηγανίτην οὐδὲν τοῦ φύλλου, εἰ μὲν, ἀλλὰ οὐδὲν οὐδὲν τοῦ βελτίου. Ruta similis est, sed folia sunt minora. Et nigra, nec caulem, nec florem, nec fructum fert; radicem autem habet, eamque tenuem. Et inutilem: sic vocatur quod aquæ non immergatur, id est, ab aqua non madefiat. Nam si aqua foliis superfundatur, non manet in iisdem, sed definit: mergi enim significat, madefieri. Has omnes notas ruta muraria habet. Nigra dixit folia, respectu rutæ quæ candidiora. Et sanè viridia cum quadam nigredine hujus foliola, nigriora tamen adianti nigri jam descripti. Candidi cognomen accepit, quod caulinuli non sint ni-

ΚΕΦ. ΙΔ.

C A P. XIV.

De lappa, solari, carduo, hirundinaria, sempervivo, loto, melfrugo, vessicaria. Quodque ejus tria sint genera.

*Ι*διον δὲ καὶ τὸ τεῖτι τὸν αἴπασίντεν, + η καὶ τῶν ιματίων αἰτέχειν τὰ τεῖτι τὸν τεραχύτητα. Καὶ εἴ τι δυοφάρετον. Σὺ τέτω γάρ εὔχετε τῷ τεραχεῖ τὸ ἄνθος προΐον, γάδε ἐκφαῖμον, αλλ' οὐ εἰσὶ τεῖτον η βλαστίνει, μήρον η απερμοζορύγη. οὕτω περόμοιον εἶναι τὸ συμβαίνον, οὐτεροῦ οὐδὲ τὸν γολέαν, η + κρεπᾶν. οὐτενά τοις αἴρεις.

Theod. αἱ τε γάρ οὐ εἴσαται ωτοκήσαντα ζωγονεῖ. Εἰ αὐτὴ τὸ αὐτὸν τὸ οὐτενά τοις εἴσαται κατέχεσσι η πέτισσαι καρποτοκεῖ.

Ald. * οὐτενά τοις αὐτῇ η βλαστίνει, ακελεί τεντεῖ τοῖς αἴρεις, οἷον τὸ ηλιοτρόπιον καλέσιμον, Εἰ οὐκόλυμα, (αἴρεις γάρ τοῖς τροπαῖς η γάρ) ἐπιστεῖ τὸ χελιδόνιον

gri, sed ex albo virentes. Et fortassis scriptit Neophytus, φύλλα οὐμοι τηγανία, non παριδει. Sed hoc affirmare nequeo. Falluntur qui hanc plantam pro sarxiphago, vel saxifrago depingunt; Quippe auctor Auctuarii hanc plantam θύμῳ simile scribit; Egineta pulegio; qualia folia non habet ruta hæc muraria. De saxifrago supra egimus. Nec minori versantur in errore qui paronychiam hanc volunt. Siquidem φαενίχια, teste Dioscoride lib. IV. cap. LIV. est θαυμάσιον ὄμοιος πετρᾶς, τοῦ δὲ μάκρη ἀλατός, τοῦ δὲ φύλλοις μεῖζον. Fruticulus peplo simili, at brevior, foliis tamen majoribus. Pepli folia lata, in rotunditate oblonga sunt, ambitu nequaquam crenata. Videat lector lib. 4. Trichomanis descriptionem quam tradit Dioscorides lib. IV. cap. CXXXVII. Τερχόμων, διῆς τοῦ τετραδιάτρητον καλεῖται, φύτει τοῦ τετραδιάτρητον, μητρός, μικρού, λιαν (Oribas. μικρού λιαν) συκκόδος ή επιστέγα μέρες, τὰ φύλλα ιχνον λεπτά; φαενίδη, ιαντία αιλάνης, ἵππη φαενίδης λεπτών, καὶ τρυφῶν, ψωμελατῶν. Thrichomanes, quod & non nulli adiantum appellant, locis iisdem nascitur, filici simile, at longe exilius, (parvum, lave Oribas. Ioliis tenuibus, ordine utrumque dispositis, lenticulae similibus, adversis inter se, in virgulis iisdem tenuibus splendentibus, nigricantibus, usque acerbis. Iisdem, inquit, locis nasci quibus adiantum. Theophrastus adiantum nasci scribit in aquosis; trichomanes loca amare umbrosa inquit. Dioscorides adiantum locis umbrosis, nec non humidis provenire scribit: quod facile fieri potest. Reliqua cum Theophrasto satis convenient. Pliniū loco citato adianti & trichomanis historiam confundere diximus, lib. XXVI. cap. ultim. De trichomane iterum agit, ac de eo haec refert. Trichomanes adianto similis est; illud falsum est, Dioscorides iisdem provenire scribit locis, sed filicis simile inquit.) exilium modo, nigriusque (folia subnigricantia, dicit idem) foliis lenticulæ, densis, amaris, (acerbis idem) adversis inter se. De trichomane scribit Theophrastus, πρίνα δὲ τοῦτο. Quod Doctiss. Gaza interpretatus est, radicem habet minimam. Quasi Theophrasto radicis nomen non mereretur, quod ulque adeo exilem habeat. Malui super vacaneam vertere, id est, nullius usus. Nam lib. IX. idem de antyrrhino scribit. Radix tamen antyrrhini conspicua satis, sed nullius usus. Trichomanes porro caulinulos promittit tenues, teretes, complices, nigricante colore nitentes; circa quos ordine digesta per quam exigua, tenuia utrumque foliola, aliquantum crenata, haud multo quam ipsæ sunt lentis minoria, ab adversa parte punctulis exiguis exasperata, radices ut adianti, tenuissima nigra capillamenta. Τερχόμων dicitur quod rara cute fluentem capillum fistat ac subnasci faciat.

De anthemio supra cap. VII. satis fulse egimus, atque ejus historiam enarravimus. Illud tantum addendum, nos legere άντη απαρθεῖται, άνθει. Etenim Plinius lib. XXI. cap. XVI. Mira & anthemidis natura, quod à summo florere incipit, cum ceteræ omnes que particulatim florent, ab ima sui parte incipiunt. Non floret particulatim, ut scylla, vel alphodelus: sed diversis in caulinibus flores ostendit plures, quorum qui in summo sunt caule primum florent iis qui in minoribus sunt nondum apertis, postea aperiuntur, ac diu cum prioribus vigent.

+ Proprium
& hoc est
aparinæ.
+ Flos enim
in eo quod
asperum est
nascitur, nō
exiens, neq;
evidens, sed
intus matur-
escens, &
parit. Quæ autem ita vel florent, vel germinant,
semē pariens
ut illi simile
sit quodmu-
stella &
squatinis
evenit.
* Astra con-

Ε γαρ τοῦ ἀμα τῇ τε χειρίδον αὐθεῖ πάντας δόξειν
ἀν τῇ μὲν φυσικὸν ἔχειν τὰς αἵτιαν, τῇ δὲ συμπλο-
ματικέν. πολλὰ δὲ τοιαῦτα εἰνὶ καὶ οἱ ἑπέροις ιδίαι. διὸ καὶ τῇ
τοῦ αἴτιων φύσις, τῷ Διαφωτίεν υγρὸν αἴτιον καὶ χλωρόν,
Φύλλον σπρικώδεις ἔχον, καὶ λεῖον, καὶ αφεμηκές. Φύεται δὲ
ἐνταῦθι τοῖς ἀλοπέδοις τοῖς Πέτραι τῶν τοιχῶν αὐδήροις, καὶ
ἀλλήλαις Πέτραι τῶν κεραμίων, σταύρωσιν ηγέρονται γῆς τῆς
ἀμμώδεις ουρὴ δονή. πολλὰ δὲ ἄν τις ιστως λάβει, Εἶπεν δε
τεριτά. Σειρήν, καὶ τὰς Διαφορές τοις τῷ αἴλια τῷ μὲν,
καὶ τοιεῖσιν ιδεῖσι εἰνὶ Καρκίνον οἷον ὄμωνυμοις ὥσπερ
οἱ λαϊσ. τάττε γαρ εἴδη πολλὰ, Διαφεροντας καὶ Φύλ-
λοις, καὶ καυλοῖς, καὶ αὔγεσι, καὶ καρποῖς, καὶ οἱς καὶ * ὄμε-
νοις. Ομιλίαν.
* Ομιλίαν.
† Ald. Basf.
Διατάξις Σcri-
be Δια-
φοράς εἰ καὶ
τίττε.

to, universisque frumentaceis, deinceps indicando

fortuitam habere causam possint videri. Quinetiam in reliquis propria ejusmodi permulta intelligi possunt. ut semper vivo datum à natura est, quo humidum virideque semper durate valeat. Folio carnosò, lèvi, atque oblongo id constat. † Planais parietinis nascitur, neenon & in tegulis, cum terræ confluviuim quoddam arenaceum factum est. Ad hæc alia permulta naturæ supervacuæ nosse forsitan possis. sed (ut saepe retulimus) † differentias comparatione cæterorum semper contemplati oportet. Quedam enim formis pluribus constant, quamquam nomen unum sortiantur: ut ita ferme æquovoca sint. Cœulotus. Hujus enim genera plura redundant; folio, caule, flore, fructuque discreta. Inter quæ & illud redditur, quod * mel frugum appellant; diversum tum viribus in usu cibario, tum quod non eadem loca disideret. Alia quoque plura hunc in modum facile assignari possunt. Quedam vero quamvis generibus, sint paucioribus, tamen non minus discriminis sortiri videntur; ut † vesicaria, quæ cognomine nominis tantum, & quadam planè æquivocatione accipitur. Vna enim cibo idonea est, & † fructum quali urbanum: acinosum præstat. Reliquarum vero, altera somnum, altera insaniam infert: & si copiosior detur, interim sanè potest. Pari modo & in reliquis, quæ plurimum inter se distant, accipi idem licet. Sed de cæteris herbaceis satis dictum. * De frumento. Hoc enim reliquum adhuc est.

JULII SCALIGERI AD CAP. XIV.

Ω Σωτὶς ἵππος τὸ γαλεῶν, Εὐχεῖν. Theodorus legit, ἔχειν
Nimis diversa lectio est. Ego malum, κύρων. Genera
sunt animalium marinorum, quae στελέχη appellat Aristote-
les. *Myctelus*, est canis. Quare Theodorus voce Graeca
maluerit uti (Galeis), quae sane Latinis aliud significat, ne-
scio. Ita nimium opera alibi posuit: hic defecit. Plinius
hoc nomen ubi ponit, alio flexu uititur, ut non queat ulli
esse equivocatio. Id autem inter dicas.

esse & quicunque vocatio. Idque inter pices.
*Anglorum & Saxonum Theodorus omisit nisi a & post eius. Quid
igitur sequuntur? Quod autem ait: *qua estis regnum e-
stis; non animadverterat hortens Scylgium non sequitur* &
*tu ergo & tu ergo & tu ergo. Habemus enim, qui nunc florent.
Prodebamus autem hac per initia hyems. quique etiam
hyeme media, qui Martio mense. Satui enim respondent.**

Theōdoros, planis parietinis. Intellige summa parietum, in quibus humoris

*aliquid tum colligi, tum servari queat. Aut ita legas, Tuis
et non tuis, & tuis imitatis cetera. Hoc enim persuadet vox illa,
et vox.*

O' medieas tunc. Theodorus, Mel frugum, ex Plinio. Is
Diocle medico, Panicum, Mel frugum ait appellatum. Ne-
scio an dicitur mel frugum, mel frumentorum putari quispiam dictum. Si ita
est, errant Latini, qui milium ~~et~~ et mel frumentorum, Molenses
sequuntur, nominarunt. Verum neque milium; neque panicum,
est mel frugum, sed triticum. Neque si Diocles ita iudicavit
ex appellatio debuit facere proprium speciei Theodorus
extante vetere Latina Panici voce.
Durum et dulcis. Theodorus, diversum viribus. Aliud tamen

JOANNIS BODÆLA STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

A'moein' Theodorus vertit *lappam*. Lappæ nomine plures sunt plantæ donatæ, nempe omnes quæ vestibus adhærent, ut bardana, xanthion, agrimonie, & aparine. Hæc caufa cur ne error fieret Græcam servare vocem malui. Alioquin lappam cum Theodoro & Plinio interpretatus essem. Plinius lib. **xxi.**, cap. **xvii.**. Notabile ē in lappa, quæ adbærescit, quoniam in ipsis flois nascitur, non evidens, sed intus occuleus, ē intra se germinat, velut animalia quæ in se pariunt, qualia galea & squatina. Lego enim pīor; quia vox hæc propriæ ad vulgatam lectionem ζεύρων accedit, tum quia multo major inter pīor; & ζεύρων est similitudo, comparatioque magis idonea, quam cum serpente five ιχθύδην. De vulgata aparine intelligenda esse verba Theophrasti ex ca. **viii.** hujus libri probatur, ubi inter humicaulia, five quæ humi reputantur, numeratur aparine; quod de reliquis l. ppæ generibus dici non potest; Omnes enim assurgunt. Præterea lib. v. de caus. cap. **xxii.** inter lentes nasci ait, eosque interimere, quod lappæ non præstant. Variis planta hæc gaudet nominibus. Hippocrates φιλιπτεῖον vocat, & φιλιππον, rest Galeno, cum in glossis scribit; φιλεταρίον εἰδεῖ βοτανή, ἡ ἐπιπεπληστή φιλιππον, τὸ ἄντον τὸ τοπικὸν εἶναι τὴν ἀπειρόν τὸ φιλεταρίον. Philetarius herba genit; quod aparinem vocant. Philistion idem ē hoc

in medio quodammodo concavum istellar umbilici. Herba ipsa vestibus adhaerescit. Ea vero pastores coli vice utuntur ad eximendos eis tache pilos. Eadem Plinius lib. xxvii. cap. v. Aperinem aliqui omphacocarpum, (lego ex Dioscoride & antiquo codice omphalocarpum) alti phylanthropum vocant, ramosam, hirsutam, (εργάσις pessime hirsutam interpretatur est) quin senis in orbem circa ramos foliosis per intervalla; (Haec de foliorum numero de suo addidit Plinius, ut περιγένετο, quod Dioscorides de caulibus, hic de foliis transstulerit) semen rotundum, durum, concavum, subdulce. Nascitur in frumentario agro, aut hortis, pratisque, asperitate eriam vestium tenaci. Aperinem recentiores his verbis describunt: tenuibus & quadrangularibus ramulis, foliisque angustis, orbiculatim radiatis, rubrae similis est; interim minor; flores perpusilli, candidi in summis emicant virgulis; semina parva rotunda, medio

Aporine.

aliquid concava, umbilici effigie, gemina ut plurimum simul; radices fibrosae & tenues. Apera tota herba, prætereuntium vestibus, ac lacinis scabritie sua adhaeret. Lingue inducta sanguinem elicit. Itali spernentiam vocant; quod folia circa caulem, ad calcarium, stimuli modum; asterisci instar proferat. Belgæ hirtiflora vocant, quod vestibus adhaerat. Fallitur Hesichius cum scribit, απερίν φυτόν τον οὐδεποτέ γένη. De orobanche & aperine eodem capite, tanquam diversis Theophrastus agit lib. v. cap. xxii. de causis. Lappaginissive apparinæ speciem, molluginem esse recentiores dicunt. Nomen à levitate & molilitate foliorum accepit, apparinæ caulis foliisque refert; nequaquam tamen aspera, sed levius & mollis: flores alblicant, semen rotundum, radices tenues & nullius momenti; reptit per terram, nisi fruticibus vicinis fulciatur. Huic similis alia montana, cuius assurgentis coliculi nullis egent admirabilis, priori similis, nisi folio esset leviori. Molluginem hanc quidam gallion vocant album, & galion albo flore; verum enim gallion non est. Γαλίον seu γαλίον dicitur δέ τὸ γαλίον αἱτὶ πινάκιον, quod coaguli vice lac cogat ac coagulet. Dioscorides lib. iv. cap. xcvi. γαλίον, οἱ ἡ γαλίστεον, οἱ ἡ γαλάπον. μόναται δέ τὸ γαλίον πινάκιον αἱτὶ πινάκιον αὐτὸν. τὸ ἡ κλάσιον καὶ τὸ φύλλον ἡγεῖ εἰμφερέστερον αποτελεῖν. καὶ δεῖται ἡγεῖτον αὐθόνοι μηδίνον, λεπτὸν, πυκνὸν, πολὺ πυκνόν. Gallium, aliis galerium sive galatum, nomen ex eo traxit, quod coaguli vice lac cogat, ac coagulet; ramulum foliumque habet apparinæ simillimum, rectum: florem in cacumine luteum, tenuem, densum, copiosum, odo-

Gallium:

ratum. Hujus genus quoddam reperitur floribus albis, ac nivei propemodum candoris; sed flore luteo odoratus est. Reperitur apricis in collibus, juxta margines agrorum, solo latiore. Alterum in palustribus, sed minus hoc odoratum. Utrumque apud Batavos frequens. Non desunt qui apparinæ levem palustrem vocant. Sed apparinæ nomen, quod vestibus non adhaerat, huic non debetur: ut nec canaliculos generibus, de quibus supra egimus; idque quod vestibus non adhaerescant; tum etiam quod revera humicaulia dici nequeant. Et haec de priori lappa, sive apparine; quæ nomen illud apud Belgas non obtinet. Apud hos enim bardana, sive αἴρησις & ζαχίσια, lappæ nomen habent; Diversæ plantæ admodum, αἴρησις, quam & αἴρησις; & αἴρησις, quam αἴρησις vocant. Altera enim foliis est verbascō similibus, de qua agit Dioscorides lib. iv. cap. cvi. Plinius lib. xxvii. cap. v. Altera foliis cucurbitæ, de qua Dioscorides lib. iv. cap. cvi. Plinius lib. xxv. cap. ix. De hac nobis sermo, quam officinæ bardanam & lappam vocant majorem, Dioscorides αἴρησις, Plinius arcion, Galenus lib. vi. simpl. αἴρησις, ut à priori distinguit, vocavit. Αἴρησις, sive εἴρησις nomen accepit à similitudine, quam cum villosis hirtisque ursorum capitibus conglomeratae, echinataeque lappæ habent. Eadem haec αἴρησις & αἴρησις dicitur: Plinio personata, & persolata, si non sit in codice mendum. Personata, quasi larva; quod hac veteres uterentur in Theatris, aliis locis, ad tegendam faciem, ne à quopiam cognoscerentur, quum aliquid præter decorem agere in animo haberent. Tribus hujus plantæ foliis utebantur, quorum primò frontem, duabus aliis ambas malas tegebant, relicta inter eorum spatia videndi, spirandi, loquendi meatibus liberis. Sed hac arte æstivis autumnalibusque mensibus uti concessum. Hibernis enim foliis caret; nisi æstate siccata sint, ac sic in usum hybernū recondita. His ferè verbis arcion describit Dioscorides: Αἴρησις, οἱ ἡ αἴρησις, οἱ αἴρησις παλάτοι, φύλλα ἡχεῖ ὅμοια τοῖς πτεροφόροις, μείζονας μὲρι τοῦ ἡ σπλαγχνοῦ, καὶ μελάνης, καὶ δυσια. (Quæ sequuntur, siique καὶ αἴρησις, nec verus codex, nec Aldinus, nisi inter norha, nec Oribasius habent: attamen quia experientia docet, & nulli non cognitum, arceion sive lappam majorem caulem ferre, ea legitima existimatius; maxime cum de lappa notum sit, altero quo natum sit anno caulem emittere. Quod cum ignoraret Dioscorides, scripsit alibi caule carere. Ut etiam de cynoglossa memo-

memoriæ prodidit) κακαλὸν τὸ λευκόν, ἀλογὸν δὲ καὶ ἄκρων ἡ πών. μέχρι μεριδῶν τὸ λευκόν εἰσιθεῖται, ἐπειδὴν ἡ μάλαντα. *Arcion*, quod alii prosopida, aut prosopion vocant, folia habet cucurbitæ, majora tamen, duriora, nigrioraque & hirsuta : caule albicantem. Quanquam & interdum hæc herba vidua caule reperiatur, radix grandis, & intus quidem alba, foris vero nigra. Eidem fere notis arctium alterum delcripsit Galenus. Unde colligi potest, arceion Dioscoridis & actionem alterum Galeni, eandem plantam esse. τὸ δὲ ἴνογ
ἄρκτον, οὐ δὲ καὶ αστερίδης καλέσοιται, εἰ τὸ φύλλον τοῦ τῆς καλο-
κύδης ἔστι ὁμοιότατη, τοῦτο στενόν τοῦ σκληροῦ πεπονός, Δι-
φορητὸν μὲν καὶ μεριδωντα. Ιχεὶ δὲ καὶ σπανύδη μετρίως, id
est, Alterum verò arction quod prosopida vocant, cuiusque
folia cucurbitæ simillima sunt, nisi quatenus tum majora,
tum duriora, digerit simul & desiccat, sed & adstringit
nonnihil. Botanicis quibusdam Plinium duo bardanae
five arcii genera novilis videtur, quod scribat lib. xxv.
cap. ix. Quidam arction personatam vocant, cuius folio
nullum est latius, grandes lappas ferentem. Idem eodem
libro & capite. Persolata quam nemo ignorat, Græci verò
arction vocant, folia habet majora, etiam cucurbitæ, &
hirsutora, nigrioraque & crassiora ; radicem albam &
grandem. Recentiores duo arcii genera observarunt,
echinotorum tantum capitum facie differentia; siquidem in altero majora, duriora, & rigidioribus asperio-
ribusque aculeis spectantur vestibus sese pertinaciter
innectentibus ac inhærentibus; in altero minora, molliora,
& mitioribus aculeis, alba quadam lanugine circum-
quaque obductis extant. Ego, salvo meliori judicio,
Plinium unum tantum lappæ five arcii genus novilis
puto, ac quidem priori loco agere de arcio, quod jam
caulem floremque fert; altero de arcio quod caule ca-
ret, ac, ut ita dicam, novitium est. Nam si hanc diversita-
tem novisset Plinius, persolatam (si modo non persona-
sam legendum). Quæ vox servari potest, si dicamus sic
vocabile, quod faciem à solis ardore, injuriisque arceant
hujus folia;) dixisset capitulu esse minore mitioreque.
Ita ut Plinius de uno eodemque agat arcio. Hac tamen
distinctione, quod priori loco de arcio agat, quæ ca-
leferat, secundo quæ caule caret, ac recens nata est. Folia
enim initio promit hirsuta & amplissima, longè quæ cu-
curbitæ majora, ac latiora, crassioraque ac nigriora quæ
superiore parte, saturatus virent, inferiore nonnihil inal-
bicant. Porro bardanae hac genera folio eriam differunt.
Nam quod capitula fert majora, majoribus exit foliis;
quod minora, paulo minoribus. Et hoc etiam facile
obliviasset Plinius. Minus arceion five lappa non est at-
ctionem Dioscoridis, quod semen cneco, quam cumino si-
milius habeat, nec caulem habeat mollem. Lappa offi-
cinarum minor Græcis ξυδίτης dicitur, quod ξυδίτης τε
rufos faciat pilos. Alibi ξυδίτης Græcis ruffum vel ex
flavedine rubrum significare, facile probatur. Suidas,
ξυδίτης δὲ ποτόμεω. ξυδίτης δὲ πυρήτης. Helychus, ξυδίτης πυρήτης
πολὺς, ἐν ειρησματινού. Pollux de lane conchylii, καὶ τὸ μέρος
ξυδίτης, τὸ δὲ κυανωπές πύρητα, aliud rutilescit, aliud cat-
eruleum fit. Sic Græci ξυδίτης πύρης, & ξυδίτης πυρίνος appellant.
Dioscorides lib. 1. De croco ξυδίτης εὐτε τὸ ξυδίτης
ξυδίτης. Qua de causa ξυδίτης vocatur. Etiam nardum
eodem libro ξυδίτης καταχρεῖται inquit. Nicandri Scho-
liaastes in Theriaces τὸ οὔσχρον, φυτόν εἰσι ξυδίτης τὸ ξεῦσπατ.
Apud Homerum ξυδίτης μενίλια. Idem equum Achillis
ξυδίτης fuisse scribit Iliad. *

Σταύρων γένεσις πυρών ξανθής αποκαλείται χαίμη. Stans seorsum
à pyra ruffum absedit comam, vel, è flavene rubescen-
tem. Apud Dioscoridem de cyro lib. I. cap. cxxiv. le-
gitur ξανθόν ἢ τρίχας, id est, ruffum reddit capillum.
Haec dico, ut probarem ξανθὸν non semper flavum signi-
ficare, nec ξανθόν hanc plantam dici, quod flavos, sed
rufos tingat capillos, uti Dioscorides libr. IV. capit.
cxxxvi. i. scribit. Quo loco his verbis ξανθόν describit.
Ξανθὸν, οἱ δὲ Φάσσαροι, οἱ δὲ αὐτοῖς οἱ δὲ χάσκανοι, οἱ δὲ
χοιροδόδοιοροι, οἱ δὲ Ερωτηριακοί καλῶν, φύεται σεινυρειος
τόποις καὶ λίμναις αντιηγρεμίναις. κακῶν ἔχει πηγαδῶν λιπαρόν,
ρυποῦν (vetus γενετική, η γενετική) Εἰς αὐτοῦ μασχάλων
πλείουσαν. ἀτρεγφέκει δὲ τοῦ θύλακος εὐφρέτης, σύτεμας ἔχοντος
κρεμαδούμενού τοῦ οὔρων θυρατούσια. προρέκει δὲ προργύριον αἱ εἰ-
λαίαι μεράζονται (vetus οὐδεὶς δὲ) αἱ στοιχατάγα τελεταί
εἰς, αἴτια μεβαθύμειον ταῦτα ιματίων μετατὰ τὴν Φάσσην. Δικτυαὶ
δὲ διαφέρει τοῖς τελείοις ξυγραφήναν συλλεγόντες καὶ κοπεῖς καὶ δόσ-
τηδεις τοῖς κισσοφέρονταί γένονται, ξανθός τρίχας ποιεῖ, ταῦτα τοῖς
χρόνοις λαβώντες θεούλια τολμήσονται σὺντελεῖ, διεῖς τε νῦνταν κλιεροῖς
επεικηπτούσι τὰ κεφαλῆν καταπλάσαν. Τοῖς δὲ καὶ μετ' οἴστου
πεψύχασσις αὐτὸν δοντοῦται. Xanthion, alii phasganon, aliis

*anthithesion, alii chascanon, aliis charadolethron; quasi stru-
marum perniciem (Unde quibusdam, quod adversus tu-
mores strumafive valeat strumaria dicitur) aliqui & apa-
rinem vocant. (Apud Ætium φλαγματα legitur, quod
nomen aparinem habere, supra diximus.) Nascitur leto-
& pinguis solo, itemque in paludibus ex siccatis, caule cu-
bitalis, pinguis, anguloso, & prodeuntibus ex eo alis complu-
ribus. Folia verò habet atriplicis, incisuras habentia, nar-
sturcum odore imitantia: fructum teretem, grandis oliva
instar, & platani pilularum instar spinosum. Qui quidem
contactu vestibus adhescit; si collectus, antequam perse-
dit siccescat, desnde tusus & scidili vase reconditus, rufos
facit capillos: siquidem, cum usque exigit, ejus sectariis semi-
sem aqua tepida diluas, moxque eo caput nitro ante perfir-
atum illinas. Sunt qui in vino tundant, atque asservant.*

Xanthion personata minor



Xantion recentiores vocant, cuius figuram addidimus, caulem gerit angulosum ac pinguem, punctis exiguis nigris notatum. Folia quæ ei subalbida sunt, atriplicis effigiem referunt, per ambitum incisuras habentia, nariturum odore imitantia. Prodeunt etiam è caule ramuli, quibus racematis fructus olivæ figuræ dependet, veluti platani pilula asper, aut glycyrrizæ fructus, & contactu vestibus adhærescens. Apud nos annua planta; verum ex deciduo semine verno tempore nova nascitur planta, cuius duo prima folia oblonga sunt, ad instar olivæ, sed purpureis maculis notata. Restat agrimoniam, quam etiam lappæ nomen obtinere, supra dixi, ac quidem ab antiquo Oribasii interprete, lappa inversa dicitur, quod semina, lapparum instar, aut aspera, vestibus adhærent, ac deorum pendeant. Officinæ agrimoniam vocant. Græcis εὐπατόρεσσι, à rege Metridate, cognomento Eupatore, qui illud primus invenit, nominatum esse volunt. Plinius lib. xxv. cap. vi. *Eupatorium regiam quoque auctoritate tem habet.* Dicitur & ἐπιπάτεος quod hepatici potissimum medeatur. Dioscorides lib. iv. cap. XLI. *Eυπατόρεσσι* (Galenus εὐπατόρεσσι) πόλις Ιωνίας φύσει διάβολος αἰτιοφευσοῦται μετέπειτα, ξυλάθινη, οὔρη, μελαταγανη. Ιδεῖσθαι, ποχυσιατὴ, καμπύλη, οὐκάλιπτη ὡντα. Εἴ τοι δημητρίων ισχυρούντα μελαταγανη ἐστὶ φρεγας, ή τῇ παλαιοῖς, τοῖς τῇ παταφύλλον ἡ καταράθιας μελλει ἔσομεν, τῇ αὐτὰ δὲ γεννα- μελατα, πεπονιῶν. (Saracenus πεπονιῶν) mavult; quam lectionem Doctissimi viri probant, quanquam & πεπονιῶν adverbium, illics modo significat, cuius itidem folia siccatis incisuris divisa sunt. Horum lectionem sequor; quod apud Oribasium eadem re-

periatur.) οὐδὲν διατημένον τοιεπειδεὶς πεπλανεῖται
δοῦ μόνον τὸ καυλόν, ταύδανον, καὶ τὰ γεννήσεις, οἷς τὸ ζῆτον
εἰργάζεται ἐνεργεῖται. — Eupatorium (Oribasius οἱ
ηπατίσεοι, οἱ ἡπατίνες. Addit Auctuar. auct. ηπατίον οὐδὲ
λαχερόν ηπατίον. Nonnulli hepatorum, alii hepatitin, Ro-
manii volucrum majus vocant) Herba est è cretiorum ge-
nere, unicum proferens Thysrum, eumque tenuem, ligno-
sum, rectum, nigrum, hirsutum, cubitalē, aut etiam al-
tiorem; foliis per intervalla quinque partito ut plurimum,
aut etiam amplius divisis, quinquefolii, aut cannabis potius
similibus, nigricantibus & ipsis, ac per ambitum serrā mo-
do incisis; semen à medio statim caule adnascentur subhirsutū,
ac ita deorsum inclinatum; ut etiam siccatum vestibus
inhærescat. Meminit & hujus plantæ Plinius lib. xxv. cap.
vi. Eupatoria quoque regiam auctoritatem habet, caulis lig-
nosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis & aliquanto amplioris,
foliis per intervalla quinque foliis aut cannabis per ambi-
tum incisis, quinque partito, nigris & ipsis plumosisque :
radice supervacua. In his notandum quod Dioscorides
quinque partito, aut amplius esse scribat. Quod offici-
nis Eupatorium cannabinum, & Doctiss. Fuchsio eu-
patorium adulterinum dicitur, nomen invenit ab eâ,
qua hepati prodest facultate. Eupatorium tamen veterum
non est. Quia nimurum non singularem, seu uni-
cum profert caulem, sed plures: non lignosum & du-
rum, sed mollem: non renuem, sed digito crassiore.
Tum etiam, quia flosculos exiguos, mulcosos, & dilute
rubentes in mollibus, rotundilique umbellis, atque in
alarum quidem fastigijs gerit; qui tandem in pappos e-
vanescunt: cum tamen verum eupatorium à medio cau-
le semen ferre scribatur. Denique, folium quidem eu-
patorio isti simile est cannabino; sed quod nullam cum
pentaphyllo similitudinem obtineat, quemadmodum de
suo eupatorio veteres testantur. Quæ duæ postremæ
notæ, desumptæ à similitudine quinquefoli, & semine
è medio caule piloso pronato, & deorsum nutante, quod-
que siccatum vestibus adhæreat; quandoquidem viden-
tur agrimonæ potius convenire, quam eupatorio illi
cannabino, hinc vicit eorum opinio, qui agrimoniam
censem legitimum eupatorium esse. Qui cannabinum
pro veterum eupatorio agnoscent, respondent nullam
fore ambiguitatem, si sano modo intelligantur quæ de
foliorum dissimilitudine afferuntur. Ita nimurum ut fo-
lii similitudo in partibus foliorum spectetur, non totis.
In singulis enim geniculis multæ partitiones foliorum
observantur, incerto numero, ad minimum ternæ. At-
que hanc ajunt causam esse, cur pentaphyllo compara-
verit eupatorium Dioscorides, dixeritque quinque
partita esse, aut in plures partes divisa folia. Cannabi-
nis verò similia scripsit ob partium, five singulorum fo-
liorum figuram, oblongam, inacutum definentem. Can-
nabis similia esse, non imus inficias. Nomen epim inde
cannabinæ haber. Similitudinem verò quandam in iis-
dem pentaphylli reperiri, negamus. In singulis quidem
geniculis multæ partitiones reperiuntur, sed nullæ quæ
pentaphylon divisura referant. Sed esto, concedatur
Dioscoridem pentaphyllo comparasse, quod instar can-
nabini è singulis pediculis terna, quina, vel septena pro-
deat folia; nec tum quoque veterum erit eupatorium.
Semen, ut dixi, non convenit. Sed respondent, eodem
modo illud intelligendum, ut de panace Heraclea Dio-
scorides scribit; cuius semen optimum est, quod è me-
dia fernula colligitur; quod verò ex adnacentium stolo-
num cacuminibus dependet, minus utile esse. Sic quo-
que in hac planta fieri, ut, quamvis è multis ramis con-
stet; semen tamen è lateribus non ferat optimum, sed
ex medio caule tantum. Sciat lector, nihil hęc ad rhom-
bum facere. Quæstio non est, utrum umbellam, an ca-
put ferat, nec qua parte semen optimum sit. Illud pro-
bandum, cannabinam à medio caule ad summum semen
ferre, non autem in alarum fastigijs, uti tabella hęc ex-
primit, & autoplia ostendit. Concedo semen in panace
optimum esse quod in medio nascitur caule. Nec hoc
præter rationem est. Nam caulis ille medius primum
producitur, cum planta est validissima; & semen ejus
ex optimo & constat, & nutritur succo; quapropter
etiam ad majorem provenit maturitatem. Accedit,
quod succus & nutrientum ad illum mitatur à radice
per lineam rectam. Sed, ut dixi, nulla est quæstio, quod-
nam semen sit optimum, sed qua parte plantæ feratur.
Imo jure quæri posset, an cannabinam ullum ferat semen?
Concedo quidem florem ejus lanuginosum, five pappum
vix distingui à semine; semen tamen esse ecquis pro-

Pseudoeupatorium mas.



Agrimonia.



vaverit? Dioscoridem enim non loqui de pappo, vel lanuginoso semine, certum est, quod subhirsutum inquit, & exsiccatum vestibus adhæreat; lanugo autem recens vestibus magis adhæret, quam siccata; siquidem siccari lanugo queat nunquam. Contra vero eupatorii semen siccatum adhæret, non recens. Deinde, lanugo cannabinæ, non autem ejus semen vestibus adhæret, quemadmodum deberet, si pro eupatorio sit habenda. Sed esto, adhæret; neque tum satis est; quia Dioscorides lanuginosum eupatorii semen non dixit, sed *variorū subhirsutum*. Quidquid sit, illud extra controversiam est, cannabinam semen in alarum tantum fastigiis; eupatorium vero à medio caule ad summum gerere. Sunt nonnullæ officinæ, quæ non cannabinam, de qua nobis hactenus sermo, sed aquaticum hepatorum pro eupatorio veterum agnoscent, ac pro eo utuntur. Sed nec hoc veterum eupatorium est; quia in fastigiis cauliculorum flosculi eminent, exiguis aliquot foliolis, veluti alabastris cincti, colore lutei, sed nigro permisto, chrysanthei medio disco similes, quorum confarcta stamina plana & oblonga post se relinquunt semina, parte superiore aspera, & prætereuntium vestibus, ubi adhæterint, inarescentia. Restat inquiramus, an agrimoniam sit veterum eupatorium. Agrimonia nomen acceptit ab argemones voce, derorta in agrimoniam. Dioscorides ad finē capitidis eupatoria, *τοιούτων δέρασθαις* (depravatè legitur *δέρπασθαις*). legendum esse ex capite ccvii. libri secundi probatur. Videat lector quæ supra de argemone dicta sunt) *ινδιάνων ταχυτήριον*. *τριγώνον οὐκέτης οὐκέτης*. Ad hodiernum usque diem, usus ita invaluit, ut etiam vulgus medicorum eupatorium detorta, ut dixi, argemones in agrimoniam voce, agrimoniam appellat. Quod non parvum est argumentum, esse veterum eupatorium, quamvis id doctissimi quidam Botanici negent. Quoniam, inquit, pacto in agrimonia folium observari potest, ut docet historia, cannabi aut pentaphyllo simile & pariter ut in utraque illa planta, in quinque partes, vel etiam plures diffissum, cum agrimonie folium unicum sit, & porrectum simpliciter. Alio præterea utuntur argumento; quod Galenus eupatorium tenuium partium esse scribat, lib. vi. simpl. his verbis. *Ἐν πετόστοις ἡ πόλις λεπτομερέστερη, καὶ τυπωνέστερη, ἐπὶ ρυποῦταις ἔστι, Επὶ τούτῳ ἡ πατέμα φραγῆται εὐκαρπαῖς, μετάκειται ἢ στριψίαις βαρεχτίαις, διὸ τοῦτο εργάζεται τῷ παλαιῷ.* Eupatorium herba ipsa tenuissimum partium, incendi, extergendique facultatem citra manifestam caliditatem obtinet: quo circa obstrictiones fecoris expurgat. Inest itidem ei & adstringit quaedam, qua robur visceri addit. Sed respondeo; folia satis convenienti, si sano judicio verba Dioscoridis considerentur. Comparatio enim qua utitur Dioscorides, non ad totius folii formam, sed partis pentaphyllo similem referenda est. Etenim si ea omnino pentaphyllo similia facere voluisser, nentiquam dixisset folia dividi in partes quinque, aut plures ex intervallis, sed *αντίστοις* eupatorium folia pentaphylli habere scripsisset, & non ex intervallis divisa, sed ab uno principio. Ad quod alii non attendunt nec animadverterunt; neq; intellexerunt verba Dioscoridis aut ex ejusdem notis percepérunt. *Φύλλα δὲ οὐ Διστυπάτας ισχυρία; non autem, ut in pentaphyllo; πίνακες ἐγένετο πόλεις.* Folia ex intervallis divisa, non ut in pentaphyllo quinque in singulis petiolis. Et hæc eos errare ostendunt, qui pentaphylli foliis eupatoriū comparasse Dioscoridem scribunt, quod ab uno pediculo, quina exstant folia. Ut autem quæ diximus facilius intelligantur, foliorum agrimonie delineationem addam. Hujus itaque folia in quinque maximè partes, aut amplius utrinque dividuntur, (ac non raro pluribus, sex, septem, uti observavit Dioscorides. Intermedias, quas habet, tortidæ alias particulas flocci fecisse videtur; alioquin in decem utrumque partes divisi dixisset) in summo singulare habentia, trium ferè palmorum petiolo, sive potius nervo per medium currente conjuncta, ac adnexa, pentaphylli, seu fragariæ figura & magnitudine, aut cannabis primum post duo prima foliola è semine prodeuntis. Si vero in lobos incisum totum folium consideremus, statim ab radice folia producuntur longa, trium ferè palmorum, ad instar centaurei magni divisa & fraxini instar pinna-ta, cui folia cannabis comparavit Dioscorides lib. IIII. ca. CLXV. *φύλλα φίρεται διστυπάτας μελισσα, folia gerit fraxini,* secundum margines crenata, hirsuta, & tactu non nihil viscida. Responderi etiam posset, inferiora folia agrimonie cannabinæ æmulari; superiora, quæ in caule

sunt pentaphyllo similia esse, non tantum in magnitudine, colore & forma; sed etiam quod quinque ut plurimum ex uno petiolo dependant. Sed hanc non esse mentem Dioscoridis verba supra exposita ostendunt. Ad alterum respondeo; non omnem agrimoniam odore delitutam esse. Nam quæ in locis fæcioribus, reperitur ut in Velavia prope Elburgum, odorem spirat non insuavem, saporemque subamarum & subacrem, cum manifesta adstringit. Refert Doctissimus & nobilissimus Fabius Columna alteram inodoram, alteram odoratam, & aromaticam esse agrimoniam. Mtrum quidem, inquit, naturæ institutum, in eadem orâ tam brevi intercedente, vulgarem prope oppidum Campoclaresium in montis radice septentrionalis, invans; in sylva quidem & colle quodam juxta flumen Austrum respicientibus, adeo odoratam & aromaticam, ut ab illa diversam quisque, nisi flore & fructu eadem esset, judicaret. Nec longe absunt loca nisi ter mille passus. Sed & magis in Zagorolæ oppido juxta Præneston, Romano agro, in eodem calle, semita & agro Mainello dicto utrumque invenimus. Verum, si redire expendatur, effigies plantæ minor parum est, & rotundiore lobo, sed vix differente, colore vero pallidiore, taeniæ viscoso, & odoris fragrantia nobilior, & sapore aromatico jucundissimo adstringente, radice ex nigro rubente, fibrosa; reliquis vero eadem dicas. Quæ à nobis in Velavia reperta est, eadem plane cum vulgari erat, nisi quod minor esset, sed hoc solo sterili dabam. Saporem etiam habebat subamarum, & subacrem cum manifesta adstringit. Sed nec vulgata agrimonia bene siccata odore caret grato. quilibet experimentum capiat. Et hactenus de Græcorum eupatorio. De Arubum nonnihil adjiciendum. Id nobis describit Avicennas his verbis. *Eupatorium est ex herbis aromaticis (spinosis; vel pilosis ali; vocem postremain probamus)* & folia habet sicut folia cannabinæ, aut quinque foliis, & flos ejus sicut nenuphar. Doctissimi Botanici Græcorum eupatorium agrimonian, Avicennæ cannabinam, Mesues, de qua mox, ageratum esse statuunt. Nos vero eupatorium, tam Græcorum, quam Avicennæ, agrimonium esse dicimus. Etenim eadem Dioscorides & Avicennæ est descriptio; nisi quod Avicennas florem delcriperit, cuius delineationem non tradidit Dioscorides; contra seminis omiserit, quam dedit Dioscorides. Certe cannabinæ flos, cum nymphæ flore nullam habeat similitudinem, nec quo ad colorem nec quo ad formam. Eupatorium ergo Avicennæ esse nequit. Notum enim, nymphæ album, vel luteum habere florem, eumque nec capillarem, nec papposum, qualis cannabinæ, cuius color purpureus est. Quæ similitudo foliorum cannabinæ, cum pentaphyllo? Ubi aroma? Ubi stipiticitas, sive vis adstringens cannabinæ? Amara admodum est planta, in qua nulla vis adstringens percipitur; ac si quam habet, exigua admodum sit oportet. Gustu saltet percipere non potui. Agrimoniam eupatorium Avicennæ esse dixi. Sed objiciunt; agrimonie florem nymphæ non satis similem, sed triplo majorem esse; quasi similitudo in magnitudine sita sit, de qua ne verbum quidem Avicennas. Colore inquam & forma similis est nymphæ & agrimonie flos, uterque luteus, uterque quinque partitus. Restat Mesues eupatorium examinemus. Hoc à Græcorum, ut etiam Avicennæ diversum esse, cum Botanicis doctissimis asserimus. Eupatorium, inquit, lib. de simpl. cap. xv. est herba longitudinis cubiti, amaritudinis eximiae, cuius folia sunt sicut folia centaurii minoris, viridia; sed sunt aspera & incisa. Caule tenui constat, & quando exsiccatur citrinecit, sive flavescit, & elevantur super eum flores qui sunt subcitrini, longitudinis paucæ; (id est, oblongi) & sunt qui dixerunt quod eupatorium est herba culicum, in qua viscositas est adhærens. Alii interpres habent; Floribus subluteis, oblongis, quibusdam herba culicum dicta, ob lentorem ei adhærentem. Verba illa notanda, & sunt qui dixerunt quod eupatorium est herba culicum. Reprehendere, ac tacite notare videtur illos, qui eupatorium conyzam scripserunt. Quo in numero est Abamad ben Abdessamad, cuius verba à Doctiss. & excellenterissimo Fabio Columna lib. de stirp. minus cognitis in medium proferuntur. Nullum conyzæ genis eupatorium Mesues esse, his probatur argumentis; quod nullum conyzæ genus insigniter est aromatum. Amaritudinem quandam habere, fatetur; sed non qualem Mesues requirit. Præterea nullum conyzæ genus folium habet viride, sed ex virore pallens.

Fff

Nec

Nec minor conyza, cui folium quodammodo centaurio parvo simile, folium dissectum sive incisum habet, ut icon capite de conyza addita satis ostendit. Majoris, nec non mediae genus, alterum quod dissecto ac inciso est folio (quarum figuram lector apud Dodonæum, ceterosque reperiet) centaurio planè dissimile est, quo ad colorem, figuram, magnitudinem. Hæc satis ostendunt nullum conyzæ genus eupatorium Mesues esse. Doctissimi, ut diximus, botanici ageraton Dioscoridis & eupatorium Mesues eandem existimant esse plantam. Ageraton Dioscorides lib. iv. cap. lxx. describit. *αγέρατον θεραπεύειν φυτόν τον απολαμβάνειν, λαπενίδης, απολαμβάνειν, τριφύλλης μάλιστα διελαχίστην σπινθερού έχειν, εφ' ἡθῷ πομφολυχώδης, κενταύριος, ίκατον ελιξερίου, αισθασης ἡ αγέρατον άργειν τὸν ιπποτούρον αιθρούδης φυλαττεῖν.* Id est, *ageratum frutex è cremiorum genere, palmari altitudine (Oribatius διατηθεὶς),* id est, duorum palmorum, quomodo in vetusto codice legi observavit Lacuna, ac Plinius confirmat lib. xxvii. cap. iv. Verba mox adseram. Hanc si sequamur lectionem, quomodo *τεταῦρος* dici possit hæc planta. Doctissimi viri, querunt? Dicendum, hanc non esse tantam longitudinem, ut humili dici nequeat.) *Humilis, simplex, origano maximè similis, umbellam gerens, in qua flos aureis quasi bullis emicat, Helychriso minor.* Agerati nomen illi inditum, quoniam flos diutissimè in sua coloris specie conseruatur. *Αγέρατον, itaq; quasi μη γέναι, non sene-licens, sive sene-ctutis expers.* Plinius loco cit. *Ageraton, ferulacea est planta, duorum palmorum altitudine, origano similis, flore bullis aureis.* Hujus ustæ nidor urinam ciet, vulvamq; purgat tanto magis insidentibus. *Causa nominis non hæc, sed quoniam diutissimè non marcescit.* Quæ postrema virtus non vacare, nemo non videt. Nam allusio est ad vocem *γῆρας* Quomodo itaque ustæ nidor causa nominis esse vel non esse potest. *Causa nominis hæc, quoniam diutissima.* Notant Doctiores, & in Pliniano codice versatissimi, in antiquis exemplaribus pro, *ustæ scribi, vetustæ.* Ex his itaque lego. *Hujus vetustæ nidor urinam ciet, vulvamque purgat tanto magis insidentibus. Causa nominis non hæc (nempe quod vetustis succurrat. Aliud enim, ut d. xi, ad vocem *γῆρας* sed quoniam diutissimè non marcescit.* Lector eligat quam velit lectionem. Ageratum Dioscoridis & eupatorium Mesue eandem quidam dicunt esse plantam, quidam negant, idque quod Dioscorides de amaro insigne nihil tradiderit: deinde quod origano comparat ageraton Dioscorides; Mesues verò eupatorium centaurio minori. Ad primum respondeo, Dioscoridem multas descripsisse plantas insigniter amaras; amaritudinis tamen non meminisse. Amarum est absynthium hieracium, polium, fumaria, papaveris folia & capita, aliaque plurima. Dioscorides tamen amara hæc esse non tradidit. Nihil itaque prima obiectio concludit. Ad alterum respondeo, Dioscoridem agerati folia non comparasse origano, tanquam simillima. Nam neque posiri, neque effigie aliquam similitudinem cum origano habet, sed figura habituque. Quibus respondere videtur, quod tenui caulinco, raris foliis, densis corymbis umbellam effigiantibus, origanum representet. Contra Mesue non de umbella, sed de foliis loquitur. Alii malunt, centaurii minoris folia & origani onitis parum admodum inter se facie differre. Et sane a gerati genus reperitur, cujus folia non multum absunt ab origano. Quinimo quibusdam Norbonæ locis, & Tuscanæ squalidis, sed depresso videas, agerati fruticuli, cuius addidimus figuram, folia multo minora, & tantillum crenata, rigida, dura, pluraque virgulta origanis variisibi fruticantibus, toto habitu non dissimilia. Sed hoc minus cum eupatorio Mesues convenit; nec vulgare ageraton quidam Botanici, pro genuino agnoscent Mesues eupatorio, quod nulla in agerato similitudo foliorum cum centaurio minore. Centaurii enim minoris folia sunt angusta, effigie tutæ, vel polygani, oblonga, nec, ut Mesues ait, hirsuta aut aspera, sed lævia; nec est in iis viscositas adhærens. Sed respondeo, folia agerato esse oblonga, eaque ratione centaurio esse similia; differre tamen à centaurio, quod sint incisa; & hac nota Mesuen ea descripsisse: præterea esse ut centaurii modò viridia; quibus notis caret conyza minor, quam illi pro eupatorio Mesues agnoscent, qui Eupatorium negant esse mentam corymbiferam minorem. Illud enim nomen quondam habuit. Quod aspera esse ejus folia negant; qua ratione id faciant, non video. Ipse tactus docet non nihil dura & aspera esse; non tamen illam habent asperitatem quam sonchi folia; nec

hoc scripsit Mesues. Quod de viscositate scribunt, ea licet aliqua, eaque exigua in hujus plantæ foliis reperiatur, non obest tamen quo minus sit eupatorium. Etenim si diligenter ad verba Mesues attendatur, viscidæ esse non debent. Conyzæ folia viscidæ esse, non eupatoria dixit. Et sunt qui dixerunt, quod eupatorium est herba culicum, in qua, scilicet, conyza viscositas est adherens. Sic verba illa intelligenda sunt. Non enim probat eorum judicium Mesues qui conyzam dicunt eupatorium esse, sed tacite, ut dixi, carpit illos. Porro planta hæc quam Mesues eupatorium esse dicimus, plures ab una radice mittit virgas, longitudine ut plurimum cubitales, admodum graciles & solidas, sesquiangularibus longitudine, & semiuncialibus latitudine, foliis per ambitum, ferræ instar, incisis, viribus, aliquo modo asperis, vestitus in summis virgarum surculis. Corymbæ state seferunt, sole leonem occupante, exiguis, luteisque floribus, diu durantibus, pleni, quibus exigua, oblonga & palcea succedunt semina: radice nititur exigua, fibrata, candida, lignosa, durabilis naturæ non absque fibris adhærentibus, quæ gustata pyrethri fervo-

Ageratum Septentrionale & Anglicum:



rem habet, quo salivam proliciat. Coliculi, folia, flores, jucundum spirant & vehementem odorem, menthae corymbiferæ majori, & tanaceto similem. Saporem eadem partes amarum, & cum acrimonia tenuem habent, cum adstrictione haud obscura, ordinem secundum in caliditate, & siccitate non excedentes. Agerati, sive eupatoria icons tres addidimus, ageratum foliis ferratis, sive septentrionali, floribus luteis, jam descriptum. Ageratum floribus candidis, quod majus & minus est. Nam quod in Hetruria provenit, multo minus est. Contra, circa Monspelium corymbis longioribus, magisque compactis reperitur. Tertium foliis est non ferratis, & proximè cum delineatione Dioscoridis convenire, supra diximus. Vulgare ageratum Itali herbam appellant Iuliam quod mense Julio floreat.

Lego ἀγέρατον τον τοιούτον ex Athenæo lib. xv. Θεοφραστος ἢ Φιστήν τὸν οὐρανούσιον λαμβάνειν δὲ συνανθεῖται τοῖς αἰρομένοις ηλιοτρόπιον κυλούμενον, καὶ τὸ χελιδόνιον. οὐ γὰρ τοῦτο ἄμερον τὴν χριστινὴν ἀριθμοῦ. Theophrastus florentina quædam astris consequit scribit, ut heliotropium & chelidonium; ac quidem chelidonium quod sub hirundinum adventum florem parit. Quæ hic desideratur quilibet ex Theophrasto addere potest. Doctissi-

Ageratum floribus candidis.



Ageratum minus Lob.



Doctissimus Gaza legit, οὐαὶ γένης ἡ βλαστίνει αἱ αἰχλα-
γούντες τοῖς ἀδεσφαῖς. Hanc si sequatur lectionem, quæ-
runt Doctissimi quæ sequantur. Dicam, astra & ayum,

puta hirundinum, adyentum. Antiqua lectio hęc est. Οὐαὶ
τοῖς αἰθίστεις ἐλασσονοῖς ἀχίλαις θύραι τοῖς ἀρελοῖς; pro-
qua voce alii, ἄλλοι. Hanc si quis sequi mavult, legat
τοῖς ἀστέρις. "Asga intellige omnes planetas, præcipue so-
lem, & lunam, etiam stellis coactum signum, uti ca-
nicula; ad cuius ortum supra oculum pallescere dixit.
Solem & stellarum congeriem maximè intelligendam
hoc loco exemplum heliotropi & chelidoniae docebit.
Heliotropium cur dicatur, veteres non conveniunt,
nomen à sole accepisse fatentur, sed quo modo à sole,
hoc opus, hic labor. Ex Theophrasto ἡλιοτρόπιον dici
colligitur, quod circa solstitium, vel ipso solstitii die flo-
reat, id est, anni die longissimo cum sol longissime
ab æquinoctiali linea digressus ad ipsam rursus conver-
sionem facit. Hoc enim ἡλιοτρόπιον significat, Dioscorides
ἡλιοτρόπιον vocari ait, quod folia unā cum inclinatione
solis circumagantur. Varro lib. I. cap. XLVI. quod so-
lem semper aspiciant folia. Nec minus, inquit, admiri-
randum, quod fit in floribus quos vocant heliotropia,
ab eo quod solis ortum manu spectent, & ejus iter ita
sequuntur ad occasum, ut ad eum semper spectent.
Et hęc eriam Plinii est sententia lib. II. cap. XLII. Mi-
retur hoc, qui non observet quotidiano experimento, her-
bam unam quæ vocatur heliotropium, abeuntem solem
intueri semper, omnibusque horis cum eo verti, vel nu-
bilo obumbrante. Ea de causa Auctuarii auctor ἡλιόπτερον
vocari scribit. Idem repetit lib. XVIII. cap. XXVII. &
lib. XXXI. cap. XXI. quem locum mox examinabo.
Nicandri opinio in Thériaca cum Dioscoridis con-
venit.

Ηὲ καὶ ἡλίοιο τροπῆις ἰσώνυμον ἔργον,
Ηὲ τὸ εὐρωπαῖο παλιστρέτοιο κελένθε,
Τεκμαίρει γλωκιστικοῦ ἵσι πτελοῖστου ἐλάῖης!

*Aut cui summa dedit solis conversio nomen
Herba, revertentis praedicere gnata meatus
Titanis, glaukarum olea de more comarum.*

Hos versus an recte percepere Scholia fest in dubium
vocari potest. Καὶ τὴν σκοτίαν τὴν λεγομένην ισχύεσσι τεκ-
ηλιοτρόπιον, λευκὴ φύλλα ἱχνοῖς, ἴδιατις τοικότια φύλλοις —
σποροπήγες ἢ η δοτάνη καλέται, ἵππηδὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς ἐμφερῆς ἐτ-
πά τε ζῶις κίνησι, αἴθερόδης ἐστι. Ιππηδὲ τῆς τε κρητηνῆς Θε-
οὶ φέρεται αὐτῆς μεθαλεῖς, λευκὴ φύλλα ἱχνοῖς οἵ ἀσπίς,
εἰς ὑψότερον, ὅρφοισι τοῖς αἰχλαζοῦσι τῆς μολεκύ-
λης ἀντι φύεται εἰς ψυχρόν, γῆ ἡ ὄπητη, καὶ κεηματίδια. ἡλιοτρό-
πον δὲ οὐδὲ τὰ πρόσηλια αὐτὸν τρίπεδον, αἴστηρ καὶ ἡ ὀντικάνη ἱχνύ-
σσε ἐπὶ τούτῳ τούτῳ αἴστηρ αὐτῆς φυτὸν αἰσθανθῆντος πιλαύτην ἱχνεύειν
εἰπεῖν ἂντες αἴστηρι πειραζούσεται αὐτῆς τὸ φύλλον. ἕπει-
δὲ οὐκτὸν πάλιν αἰσθανθεῖν. Ισχύεσσι δὲν τοῦτο τὸ φύλλον τερπτός, τὸ
ἡλιοτρόπιον λέγεται ὅπῃς ἐπι ταύταις οὐδὲ τὸ φύλλον τοῦ
ἡλιοτρόπου πεπίπεδα. οὐδὲ τὸ ἡλιοτρόπον, καὶ αὐτὸν τὸ φύλλον πεπίπεδα
πικραῖσιν ἡγετον τοιχίαι, φάνεροι, δεκτοῖς, ἵππηδὲς πεπίπεδοι ἴδιαίσι,
ἔπει οὐ καὶ αὐτὴν οὐδετα ταύταις τὸ φύλλον αὖτις εἰς θέρευτης
αἴστηρ ταῦτα μίλιαν καρποῦν. Hęc scēdis latent erroribus,
quos mox ostendam, ubi Dioscoridem exponere ag-
grediar. Heliotropium dictum, inquit scholia fest quod
semper sele ad solem vertat, eumque sequatur, ut anemone. Mox nomen illud accepisse, quod circa solis mu-
tationem vertatur, quod solsticii die folia ejus circum-
agantur. Postremum hoc etymon ex mente est Ni-
candri. Prius ex sententia Varronis, vel alterius aucto-
ris. Et hae veterum opiniones cur Heliotropium dic-
atur; quarum maximè probabilis Theophrasti. Sæpius
siquidem observavi, florere circa XXII. Iunii diem.
Conversionem illam observare non potui. Contra hęc
ad instar securidaces Monspeliensium, astragali boeticī
folia, floresque, sole declinante non semel observavi,
eadem sole oriente laxari. Recentiores Heliotropium
vocatum scribunt herbam cancri, quod ejus flores in
candæ cancri similitudinem inflectantur. Hęc opinio
aliis non arredit; quod, ut mox latius, scorpionis cauda
vocetur; scorpionis autem cauda & cancri herba quæ
astacus dicitur, maximè inter se differant. Alii nomen il-
lud traxisse ajunt, quod efficacissimum sit adversus car-
cinomata, (Belgæ de hancher vocant) & ulcera gan-
grænosa. In quibus magno admodum successu eo ut-
tuntur Chirurgi. Neutra nominis ratio placet. Nomen
acepit quod floreat, vel folia circumagantur cum
sol cancrum ingreditur, id est, ipso solsticii die,

& hac de causa heliotropium veteres dixerunt. Genera heliotropij Dioscorides duo novit, majus & minus. Sic etiam Plinius lib. 22. cap. 21. *Heliotropii miraculum sepe diximus, cum sole se circumagentis, etiam nubilo die: tangit sideris amor est.* Noctu velut desiderio contrahit cæruleum florem. (atqui vel candidum, vel purpurascens habere scribit. Doctiores de cicchorei flore, qui etiam sollem semper aspicit, id intelligendum putant. Sed mox recte Plinius scriptissime ostendam.) Genera ejus duo, *tricoccum & helioscopium* (parvum & magnum Dioscorides) hoc altius (magnum ab amplitudine foliorum, non à ramulorum longitudine, doctiores dictum putant, nos ab utraque) quamquam utrumque semipedalem altitudinem non excedat, abima radice ramosum. De majori prius, mox de minori agam. Majus Dioscorides describit lib. IV. cap. CXCIIII. Ηλιοτρόπιον τὸ μέγα, ὃ ἔνος ἐγκλωπου συστεγμένον τὸ τεῖχος τὸ ἀνθεῖον κακάτω, ηλιοτρόπιον ἢ δέποτε συμβάλλεται τῷ φύλλῳ τῇ τε ἡλίῳ κλίσις. Εἰχε δὲ τὰ φύλλα ἀνίσηα τῷ πλάνησι, διασύντετα ἢ εἰ μελαίνης (vetus λευκότερος) τὸ μετέξον. κλαῖνε δὲ τὴν ἥζην οὐστήν γένεται. Καὶ εἰ τοτε μαχαλεος πλείους ἐπί αὔραν ἀνθεῖον λευκόν, ταπεπέρφυτον, ἐπικαμπτον, κρατετον στρεψίν εχει. Μέτρον τὸν νῦν αὔρανος, Φούσιον τοποτεῖον. Heliotropium magnum aliquis a floris figura scorpionum appellavere: cæteri Heliotropium, quoniam folia sua cum inclinante sole circumagat. Folia ocimi, habet hirsutiora tamen, nigriora, (vetus codex albidiiora) majoraque: ramulos ab ima radice ternos, quaternos, quinque, compluribus aliis concavos: florem in ipsorum acuminibus, candidum; purpurascens, qui ad similitudinem caudæ scorpionis incurvatur. Nascitur in asperū. Heliotropium scorpiorum vocari ait, quod flos ad instar scorpionis caudæ reflexus sit. Et hoc nomen apud Mulo medicos habet. Apuleius cap. VIII. οὐ συστεγμένον βοτάνην την οὐ ηλιοτρόπιον καλεμένην, & scorpiorum herbam, quæ & heliotropium vocatur. Nicandri Scholia stes sic dictum scribit, quod radix huic, aculeo animalis hujus, id est scorpionis similis sit. Aristata enim, ac umbilici Veneris similem esse dixit. Nec radix spica est aut aristata, nec similis scorpionis aculeo, nec cotyledonis ullo modo refert radicem prioris; alterius fortassis refert. Utraque tenuis & fibrosa, sed dura, ac lignosa. Heliotropii, & si aristata, quomodo scorpionis aculeo similis esse potest? Aristæ nulla cum aculeo similitudo. Alius etiam in verbis Scolia stæ qui hunc superat, error. Dicit, vocari λυκόν, id est, valentem, quod in Egypto sit, planta spinosa, & ingentem habeat virtutem. Scilicet quod si eam qui squam attigerit, statim exarescant folia, quam primum autem reliquerit revivescant. Spinofam nemo dixit, nec in Egypto aliquis nasci scriptis, & quod de virtute ejus refert, nemo memoriae prodidit. Theophrastus lib. IV. cap. III. hist. circa Memphim Egypti urbem, plantam quandam spinosam foliis filicis nasci tradit; cui hanc facultatem ex aliorum relatu tribuit; sed heliotropium esse memoriae non prodidit. Nec heliotropium videtur, quia illa spinosa, hæc spinis caret. Mox alios non minores Scholia stæ errores ostendam. Folia, inquit, Dioscorides habere, ocimi, sed majora, hirsutiora, nigriora. In optimo codice scribitur candidiiora. Contra Oribasius vulgarem lectionem secutus est, sic & Apuleius Major, inquit, nascitur in asperis locis, tenui radice, ex qua ramulos quatuor aut quinque, atque ab ipsis plurimas furcas emittit; foliis ocimo similibus, paulo majoribus, atque succulentis, nigriribus, & asperis. Contra Nicander oleæ comparat, Scholia stæ ramulis, inquit, perpetuo virentibus, foliis albis, ad instar oleæ, in altum vergentibus, similibus semper virentis molothuri. Molothuron quid sit, non expavit Scholia stæ. Hesychius ὁλοχόνιος, & αὐτοφεδύος. Neutrū folia fert oleæ aur ocimi, sed Scholia stæ hac in historia fides adhibenda nulla; plurimos enim commisit errores. Illud falsum, quod scribit ramulis perpetuo virentibus esse. Theophrastus quidem inter perpetui folia recenset; sed illa non sunt perpetuo caule, sæpe etiam nec perpetuo folio; Papaver enim non esse folio perpetuo, constat. Nam ea etiam vocat οὐ φυλλα. Praeceptor, quæ statim, vel post mensem è semine deciduo nova emittunt folia. Nicander, inquit, oleæ comparavit, quod instar oleæ oblongicula sunt, rotundis longiora, ejusque, æstivo solitio, folia cum olea vertantur. Reliquam historiam heliotropii examinabo, dein meam, de ea sententiam exponam. Dioscorides florem, inquit, habere album purpurascens, si sequamur Saraceni codicem. In aliis enim *τοινόπηρον* subsulvum legitur. & sic apud Oribasium scriptum re-

perio. Lacuna in vetusto suo codice legi refert *τοινόπηρον ή ιαπωνέφυτον*. Vulgata placet Saraceno, quia Apuleius de majori scribit Heliotropio, cum flore in summitate tenui, & veluti purpureo atque uncato, in similitudinem caudæ scorpionum. Plinius, ut jam dixi, cæruleum hujus florem dixit, nec forte aberravit. Floret, inquit Theophrastus lib. VII. cap. III. & Plinius particulatim, & ab imo florere incipit. Dioscorides in asperis nasci scribit, Nicandri Scholia stæ in asperis, montanis, locisq; præruptis. Plinius verò in pingui cultoque solo, & hæc de heliotropio veteres. Recentiores, paucis exceptis, Heliotropium majus vocant, cuius figuram adpingi curavimus. Sed hæc foliis est albidiioribus, non nigrioribus ocimi, nec perpetuifolio planta, uti Theophrastus lib. VII. cap. III. Ad postremum dicendum; in Græcia forte statim, sive primis duobus mensibus novamè semine deciduo nasci plantam. Ad alterum; co-

Heliotropium majus.



dicem illū antiquissimū in quo Marcellus legi testatur, *λυκόντερον*, aliis codicibus, etiam Oribasii, hoc loco præferendum. Alioquin nihil notius, quam vulgare Heliotropium foliis ocimi non esse nigrioribus, sed albidiioribus. Vel dicendum, quod non minus arridet, prima fronte, sive parte superiore conspicui albidiiora, quod pilosa & hirsuta; cum revera, dempta illa canicie & hirsutie subtus nigriora sint. Alterutrum eligendum, aut dicendum, non esse heliotropium veterum; quod non fit verisimile, præsertim cum pulchrè alioquin cum delineatione Dioscorides conveniat. Vix verisimile videatur utrumque corruptum codicem, Dioscoridis & Oribasii: maximè cum Apuleius etiam nigriora dicat. Non ineptè Plinius heliotropium, quis dicet scorpoidem Dodonæi tertium, sive, ut vulgo vocant, echium scorpoidem. Cauliculos promit angulosos, hinc inde foliis convestitos rarissimis, virentibus, oblongis, & semidigitum ferè latis, exiguis pilis hirsutis, uti etiam ipsis coliculi; Ramulorum ac caulinorum fastigia, unā cum florum rudimentis instar scorpionis caudæ recurvantur, ad instar vulgaris heliotropii; sensim autem his sese explicanti-

cantibus, particulatim flosculi panduntur, qui primo antequam omnino aperti, purpurascentes apparent; mox verò expanso flore cœrulei; ex quinque foliolis medio luteo, chamedryos sylvestris ferè similes, minores tamen ac dilutiores. Radix fibris constat exiguis. Hoc heliotropii genus circumagi quotidie cum sole, ad instar malvæ, non semel observari. Floret ab Aprili mense in multam æstatem. Et hæc causa cur non sit Theophrasti heliotropium; alioquin omni anni tempore fermè apud Batavos reperitur, duobus ad summum mensibus exceptis. In vineis, arvis inter segetes, in locis herbosis, pratis, juxta profuentes aquas exit, & quo humidiore & pinguiore loco, eo amplius ac majus dignitur; quo vero ardiore, eo minus, tenerius, ac quoque hirtutius reperitur. Minus rectè scorpioidem vocarunt. Etenim scorpioides, teste Dioscoride, nomen accepit quod semen instar caudæ scorpionis ferat. Heliotropion scorpiuros dicitur, quod florem animalis istius caudæ similem habeat. Non defunt qui calendulam heliotropium esse scribant. Falli eos quo ad etymon plantæ hujus hæc docent. Calendulae enim nomen accepit, quod singulis fere calendis floreat, obest etiam quod non particulatim floreat, tum etiam quod flores habeat diluti croci, aut auri purioris colore, denique quod semen quadantenus scorpionis referat caudiculam, cum florem hanc effigiem habere auctor sit Dioscorides. Doctiss. Botanicus Fabius columnæ hanc clymenum Dioscoridis existimat. Dico Dioscoridis, quia Theophrasti clymenum, ut lib. ix. ostendam, Dioscoridis Galenique periclymenum est. Quoru[m] historiam confundit lib. xxv. cap. vii. Plinius, clymenum idem dictum scribit, ab inventore Clymeno Rege. Rectius κλυμένος dicitur. per i. δέ τὸ κλυμένων, quod fructus sive folliculi ad se invicem reclinant, ac quasi incumbant, velut iridis floris folia, postea clymenum per vocarunt, & Regem nomen ei imposuisse finixerunt. Describitur à Dioscoride lib. iv. cap. xiii. πλύμενος καυλὴ ἀντὶ περγάμου ὄμφατι τῷ τῷ κυάκῳ. Φύλλα δὲ τοῦ τῷ δρυσιγλωσσ, θυάκια δὲ ἔχει ἵπη τῷ καυλῇ εἰς ἀλληλαγονίαν, τοιούτα Ιερά καὶ πελώποδες πλεκτάνται. ἔχει δὲ τὸ δρυνόν κυλίεται δὲ ὅλος σὺν τῷ ρίζῃ. ποιεῖ δὲ ὁ κυλός τοις αἱματος ἀπόμενην πιέμενθος. καὶ καλικές, τῇ ἔτει ιερόν, σύφιαν καὶ φύκαν. Clymenon caulam profert quadrangulum, cœu fabæ, folia plantagini similia: folliculos vero habet supra caulem ita dispositos, ut alter in alterum inclinet, velut in iride ac polyporum cirris. Probatissimum est montanum. è frutice toto cum radice succus exprimitur, qui ad sanguinis rejectionem in potu efficax est, itemque ad cœliacorum profluvia, rubentemque fluorem muliebrem: quippe quis adstringat simul ac refrigeretur. Calendula caulem fert quandoque περγάμον, nonnunquam πνιγάμον, rarius ιζάρον, id est, quinque, vel sex angulis constantem, angularium, & ad fabæ figuram nonnihil accidentem. Aliquo modo plantagini folia comparare possunt, licet nervo careant. Nam & glustum plantagini comparatur; nervis tamen caret plantaginis; mollia, succosa, carnosæ, tactuque viscidæ calendulae sunt folia, nec non aliquantulum lanuginosa. Quare alii, leucojo similiora dixerunt; nisi quod latiora, longiora, magisque herbacea sint. Flores, ut dixi, promit luteos, saturatos, nonnihil odoratos, croci diluti colorem imitantes. Decidentibus florum foliis fructus, siliqua, aut folliculi sequentur à singulis floribus numerosi recurvi, inflexi præseminibus unguium, vel unguiculis avicularum similes, vel curvi, C literam exprimentes, semen intus continentis oblongum, tenue, ejusdem formæ, sed triplo minus, fulvescens, vel ad cinereum vergens. Fructus, sive folliculi ita spectantur composti in globulos, præsertim ejus plantæ, quæ flore multiplici & proliferæ, ut liliæ radicem æmulari videantur, squamosis partibus conflatam. Nam singulæ siliquæ omnes concurrent conantur in unum punctum, quare aliæ aliis interioribus incumbunt. Ejus verò quæ simplici flore folliculi aliter quidem constructi videntur, & compressam cœpæ formam imitantur, nec, ut superiores, similes omnes, sed triplici formæ differentia conspicuntur. Verum singuli in dorso continent idem semen: atque qui interiorem partem globuli occupant, ita in se inflexi sunt, ut ferè circulum compleant, suntque omnium minimi: alii vero ipsis incumbentes latiores atque maiores sunt, & formam videntur imitari naviculæ; reliqui verò exteriore omnibus incumbentes atque longiores, tenuiores sunt secundis, nec, ut

primi, contorti, sed hemicyclum compleunt: qui siccati parum ab aliis recedunt, ut in pictura visuntur. Quare, inquit, in re botanica excellētissimus Fabius Columna, si quis recte considerabit, atque latos folliculos foliis iridis se invicem tangentibus, à quibus, quia arcum

Calendula.



variis coloris conficiunt, nomen accepit, ut Dioscorides refert his verbis *αἰδηνὴ μιγμὴ πονίτα*, atque longiores alios folliculos, alios exteriores, ab illis parum recentes, foliis alias floris iridis in terram recurvis comparabit; perbelli iridis florem, forma scilicet siliquas has imitari dicet. Diocorides vero tantum notat, ut sint ad invicem annuentes, in se scilicet curvati; si vero singulos folliculos consideraveris, singulorum dorsum tuberculis asperum esse conspicias; etiam exteriores folliculi longiores pauci, hirsutiores sint; sed qui interiore locum occupant, omnes tuberculis asperum dorsum habent, quibus acetabula, cirrorum polypi imitari conantur. Quare similitudo refertur ut curvi sint, iridis floris modo; sed similes sint cirris polypi tuberculis, scilicet asperi, similes acetabulis cirrorum polypi. Πλεκτήνας Dioscorides non simpliter cirros intelligit, sed acetabula, vel rectius acetabulis refertos cirros. Atque hanc esse veram Diocoridis sententiam, probatur ex textu capitinis polypodii; in quo scribitur polypodium ita dictum, quia similem habet radicem cirris polypi acetabulis refertos. Videat lector cap. de polypodio. Haec calendulam clymenum Diocoridis esse satis ostendunt. Sed dicer quis, quæde viribus sequuntur, contrarium docere videntur. Diocorides enim ad sanguinis refectionem efficacem esse scribit. &c ad fluorem muliebrem

Calendala prolifera.



compescendam, denique & refrigerare. Adstrictionem habere calendulam recentiores fatentur omnes. Quare adversus sanguinis rejectionem urilem esse, negari non potest. Sed menses ducere & promovere, auctor est Matthiolus; qui illud sexcentis feminarum exemplis constare asserit. Rectius Adversariorum auctores Pena & Lobelius, qui jus eius, aut teneras cimas in ovorum luteo acceperas, & in formam placentæ redactas, & manus, menses nimis fluentes filtere; cunctantes vero impellere compertum esse tradunt. Et multæ satis plantæ sunt quæ menses promovent, eosque nimium fluentes fistunt. Sed climenum Dioscoridis refrigerare, calendulam vero calidam esse dicent, propter amarorem. Qui sapor licet gusto in recentinon percipiatur propter coniunctam humiditatem, in resiccata tamen & arida manifestè percipitur. Ex diversis partibus constare hanc plantam, & nostra est opinio; ac quidem cum recens est, adstringentem & frigidam vincere facultatem; cum resiccata est, calidam. Sed ex eo concludi non potest calidam esse calendulam, quod amarus in eo reperiatur sapor; in cichoraceis omnibus, etiam recentibus, amarus sapor satis manifestè, intensuque percipitur; quæ tandem omnes Botanici frigida esse statuunt, quod qualitas frigida calorem vincat. Idem in calendula sit, quæ licet gustata saporem ostenderet amarum, & adstringentem, calida propterea dici non posset, etiam si amarus hic sapor excederet, qui nec in viridi, nec in resiccata, nec etiam primo gustu, sed post longam manductionem tandem percipitur; non cum acrimonia, ut quidam fingunt, sed cum manifesta adstrictione. Sed esto excedat; non idcirco calida erit. Sapor enim amarus, maximè sensibilis est, Minima enim quoque amaroris portio, magnam molem, insipidam, dulcem, auferam etiam, & acerbam turbat, & amaram reddit. Exempli gratia in vas aqua, aut aceto plenum, si immittatur tantillum bilis, aut dissolvatur tantillum aloes, constat totum li-

quorem continuò amarescere, nec idcirco calidam hanc aquam, aut acetum quis pronunciabit. Quare nego si quæ res amara sit, calidarum partium habere plures, quam frigidarum. Finem ut faciam. Quæ amara sunt & calida, ferè omnia acrimoniam participant, vel multo aromatico odore, & etiam gravi prædicta sunt; ea vero in qua neutrum percipiatur, in palato vel lingua, frigida & sicca, vel humida magna ex parte sunt. Calendula recens nullam ostendit acrimoniam; exsiccata exiguum quæ vix percipi potest. Quare cum viridis, frigiditatem, sed exsiccata, caliditatem vincere dixi. Et ita se rem habere, sapor ostendit. Sed de facultate calendulæ in notis ad Dioscoridem plura. A vero etiam aberrant qui scorpioideum Clariss. Botanicor. Dodonæi, Lobelii clymenum putant. Caulem enim instar fabæ quadratum sive angulosum non habet; sed tenues ramulos, semipedem aut dodrantem longos; qui subinde vel in latus declinant, vel humi procumbunt, raro assurgunt, rotundos magis quam quadratos, nullam aut admodum exiguum cum caule fabæ similitudinem habentes. Folia habet oblonga, latiuscula, pauca, bupleuro similia, quæ cum plantaginis comparari non incepit possunt. Flosculis luteis succedunt hirsuti articulatim cohærentes, & instar scorpionum caudæ incurvati fructus, in quibus semen. Ita non esse dispositos hos fructus ut alter in alterum, quasi inclinet, ut in iride & polyporum cirris. Sed articulatim terna in se convoluti cohærent. Hanc plantam Botanici pro scorpioide habent, quorum opinioni subscribo, Dioscorides lib. IV. capite ultimo. Σκορπιοειδές βοτανία φύλλα ἔχει διάφανα, καὶ αντίμετρα ὀνυχίσι σκορπιός τηρεῖ. Scorpoides herbula est foliis paucis, & semine caudæ scorpionis effigie. Aliam ab hac diversa plantam scorpoidis effigie ostendit Mathiolus, quæ coliculos edit satis numerosos, & foliis abunde multis convestitur, quorum quæ circa ramulos terna simul cohærent. Horum ramen medium, reliqua duo magnitudine superat, & rotundo longius est, ad portulacæ accedens, lutei flosculi in summis virgulis eminentes. Subnascuntur articulatæ ac tenues siliquæ, fastigio acuminatæ, ac instar scorpionis caudæ recurvatae, in quibus semen galegæ simile; tenuis & parvula radix. Non satis hanc plantam cum scorpoidis descriptione convenire scribunt, quod non pauca sed plura habeat folia; cum alioquin fructus sive siliqua majorem similitudinem cum scorpionis cauda habet, quam vulgare scorpoides. Nec est telephium, ut docti quidam arbitrantur; florem enim habet luteum, album telephium; crassa folia telephium, hujus crassa dici nequeunt. Sed alibi de telephio agam. Venio ad Heliotropium minus, quod Dioscorides lib. IV. capite penult. his verbis describit, ἡλιοτρόπιον τὸ μικρόν (verus codex addit. οὐδὲ τὸ σκορπιόνειον ἐγγένετον τὸ πατέρα οὐδὲ σκορπιόνειον) φύτευε σὺ πλυστῶδεσ τέποις, καὶ ωρδῷ λίμναις, ἔχει φύλλα τὸ διστολόντα τὸ πεπεριμένα, τριγυλάτηρα ἢ τετράτηρα τριγυλάτηρα δομηκοφερίνον οἰς ἀκροχορδίνας. Heliotropium parvum nascitur in palustribus & juxta lacus, foliis antedicto proximis at rotundioribus: semine rotundo, pensilium verrucarum modo dependente. Heliotropium minus, non id est quod repens minus, Adversariorum Auctores vocant, & quibusdam paludosis scrobibus, surculis multis flexilibus, teneris, graciliibus reptat; folia rotundiora, triplo minora quam heliotropii magni, numerosa & simillima; floresque assimiles brevioribus multo glomeratisque; sed minus reflexis caudicellis, nulla serie, jam intra, jam super folia pendulis, ut in heliotropio tricocco, nec per inter valla foliorum singuli totis ramis alternato situ, radicem habet pusillam, simplicem: Hoc, inquam, non est heliotropium minus, quia semen non fert rotundum verrucarum modo dependens. Heliotropi minus dico, quod vulgo tricocco vocant. Quod nomen ei imposuit Plinius, & ex Græcis Attius Tetrabiblio lib. III. cap. XIV. quod grana perpetuo terna, rotunda, sibi invicem cohærentia ferat, vulgo verrucariam, Galli tornesol apud quos, hujus succo lineæ telæ imbuuntur, quæ purpurei coloris sunt resiccatæ; quibus deinde non tantum sapore, intinctus, & secundæ mensæ bellaria, rubente purpureo colore inficiuntur; sed etiam vinum hypocraticū, sive aromaticum, Belgis notissimum. Unico (ut inquit Clusius, qui primus descripsit, & luculenter) asurgit caule pedali ramoso; illius folia superiorum foliis dissimilia, non nihil ad Xanthii, plurimum vero ad solani somniferi folia accedunt, mollia & candicantia; flos pusillus, racematis congestus, luteolus, inutilis. Quippe qui sine semine perit, veluti flos ricini, & quarrundam

Heliotropicum minns repens Adversi.



rundam aliarum stirpium, quae sua semina ex floribus non producunt. Ex aliarum tamē cavis dependent, ex longis petiolis, sub foliis quasi occultatæ, sine flore enatae siliquæ triangulæ; quales tithymalorum; sed asperiusculæ, scabré, nigrantes, in quibus semen cineracei coloris, quod dehiscentibus filiisque exilit: quemadmodum tithymalorum & ricini semina. Hæc capita, sive siliquæ pannis affricatæ, florido viridi colore eos inficiunt, qui temporis momento in cæruleum, eumque elegantem mutatur. Radix inutilis nec vivax, in Salmanticensi agro ut, & Narbonensi Gallia locis in olivetis ac vinetis frequens. Dioscorides tamen juxta, lacus & in palustribus nasci refert. Minus heliotropium quidam herbam clytiam scribunt, quod in hanc mutata fingatur à Poëtis. Unde hi versus

*Herba velut clitiae semper petit obvia solem
Sic pia mens Christum quo prece spectet habet.*

Xiphidium officinis chelidonia & celidonia dicitur. Nomen accepit quod adventu hirundinum floreat. Dicit quis, si hoc verum, quomodo Theophrastus illud numerat inter ea qui dependent ab astris. Respondeo, hirundines certo quodam flante vento advenire, qui & inde nomen accepit, & solet astrorum vel ortum, vel occasum sequi; qui ipse chelidonia dicitur. Hæc causa, cur antiquam lectionem non omnino rejiciendam existimem. De vento chelidonia Plinius lib. II. cap. XLVII. Favonium quidam ad VIII calendas Martii, Chelidonium vocant, ab hirundinis visu; nonnulli vero ornithian (hoc Græcum vocabulum) uno & LXX die, post brumam, ab adventu avium, flantem per dies novem. Hac de causa Oppianus lib. III. alio. *χελιδόνη τάσσεται ζεφύρῳ απεγγέλλεις ὄρη* hirundo verna zephyri prænuntia, aut prima nuntia avis. Dioscorides Chelidonium dici vult, quod adventu hirundinum erumpat, earumque discessu marcescat. Δικεὶς δὲ αἰθρίας χελιδόνος, ἵππη ἀμα τοῖς χελιδόνος φανούσαις ἀναφέται, ληγάσαις δὲ συνθέσασθαι. Verisimilior Theophrasti sententia; siquidem chelidonium majus omni anni tempore apud nos reperitur; ipsa etiam media bruma mense Ianuario, Februarioque; florem vero suum profert ab Aprili mense in multam æstatem; minor pullulat adventu quidem hirundinis, eodemque tempore florit, sed mox ubi defloruit, statim marcescit. Theophrasti opinionem sequitur Theocriti Scholiaestes Eidl. I. Φυτόλον ιστι πλατυφύλλον, μίλλα ἀστεί χελιδόνη, ἡ ἀμα τῷ φανῆσαι τῇ χελιδόνη ἄστει. Planta est latifolia, nigra ad instar hirundinis (hoc præter veritatem est, ipse Theocritus κατέστη χελιδόνος. Cæruleum chelidonium) quæ ut apparuerit hirundo, floret. Dioscoridis Nicandri Scholiaestes probat sententiam ἡ χελιδόνος βοτάνη ιστι φύτην καθ' ἡ τρέχει, εἰς χελιδόνης φύσην. Herba est quæ pullulat cum nascuntur hirundines. Plinius lib. XXV. cap. VIII. Florent adventu hirundinum, discessu marcescunt. Quod de minori falsissimum. Quippe circa calendas Martii

exit, paulo post floret, Aprili deficere incipit, Majo integrè perit; post difficile fuerit vel radiculam ejus reprehire. Aliam loco citato narrat insuper fabellam; *Anima- lia quoque invenere herbas, in primisque chelidonium.* (sic scribitur) Hac enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut quidam volvunt, etiam erutis oculis. Prudentius Dioscorides, *της ἡ ιστοντας Ιανούς τοῦ φλαδῆ τοῦ στεφανῶν τοῦ ποστοῦ, οἱ μητέρες περιφέρουσαι τὴν πόσα, ιαντας τὴν πηγανταν αὐτές.* In antiquissimo codice legit Lacuna *της ἡ περιφέρουσαι τὸν ιανούς τοῦ φλαδῆ τοῦ στεφανῶν τοῦ ποστοῦ, οἱ μητέρες αἱ μητέρες αἱ μητέρες.* Sunt qui tradiderint, siquæ ex hirundinum pullis excæctus fuerit, matres admota herba illius cæcitatæ mederi, adeoque visum restituere. Vel ut Lacuna scriptum repperit, quidam ante memoravunt, quod si quis excæctaverit hirundinum pullos, matres. Ex ultima hac lectione Plinius, etiam erutis oculis. Cæterum quod de hirundinum pullis narrant, erutos oculos chelidonia restaurari, fabulum sapit, & falsum esse ex antiquissimi etiam probatur auctoribus, Græcis, Latinisque. Aristoteles lib. VI. Hist. animal. cap. V. *Η ἡ χελιδόνη δις ποτίνει μότοι, τὰν σπερματόρων: ποτὲ δὲ ποτέντες, πέντε δέκατοι, τὰς χελιδόνες τὰ δέκα ματερίαι σκεπτούσαις οὔτες, οὐδὲ βλαστώντες οὔτες.* Pullorum hirundinis adhuc, recentium oculis, si quis stimulo eos vexarit, resanescunt, & cernendi vim postea planè recipiunt. Idem de Generat animal. lib. IV. cap. VI. rationem reddit cur resanescant. *Τικτυσι δὲ ἡ αὐτὴ τὸ φλάκη τοῦ ποστοῦ πτήσις, οἵσσαι πολετεύσονται σύντατοι, οὐδὲ σπαστάντες οὔτες, οὐδὲ πολετεύσονται σύντατοι, οὐδὲ σπαστάντες οὔτες.* — *Εἰδεῖ τέ τοι τὰς χελιδόνας, ιανούς τοῦ ποστοῦ σπερματόρων, πάλιν ὥραζον, ηπομένων γότθαλλον ἐγενηταί. Νοτίων φύσην τοι, οὐδὲ βλαστώντες οὔτες.* Aves etiam nonnullæ imperfectorum & cæcos pariunt pullos, videlicet quæ cum parvo corpore sint, multos progenerant, uti quæ copiam alimenti parere unā cum prole non solent — quamobrem si quis hirundinum novellarum adhuc oculos præpungat, rursum incolument reddentur. Cum enim fiunt, non facti jam corrumpuntur, itaque denovo orientur, ac pullulante. Celsius lib. & cap. VI. vel hirundinis sanguine inungere. Neque id sine causa fit, cum harum acies extrinsecus lœsa, interposito tempore in antiquum statum redeat, celeritateq; hirundinis. Unde etiam locus fabulae factus est, aut per parentes, aut id herba chelidonia restitui, quod per se sanescit. Vulgus credit hirundinum pullos recuperare visus, auxilio parvorum lapillorum. Quippe in hujus avis nidis post obcaecationem reperiuntur calculi parvi, lucidi, modò albi, modò rutili, modò etiam varii. Athenæus reprehendit eos, qui chelidonium anemonem vocabant, quod Nicander eodem libro de chelidonio & anemone tanquam diversis egit plantis. *Οὐ τέταρτη τῶν δύοτοι χελιδόνων, ιανούς τοῦ ποστοῦ τὸν σπερματόρων τὸν δέκατον, πάλιν ὥραζον, ηπομένων γότθαλλον ἐγενηταί.* Ex his verbis patet ab anemone differere chelidonium, contra sententiam nonnullorum, qui easdem esse plantas censuerunt. Chelidonium majus peonia dicitur, quod egregius, magnisque, non secus ac peonia, polleat viribus. Idem pandionis dicitur radix, a Pandione Rega Athenienium, cuius filiam Progne in hirundinem versam fabulantur poëtæ. Ovid. lib. VI. Metamorphoseon.

*Corpora cecropidum pennis pendere putares,
Pendebant pennis quarum petit altera sylos.*

Id est, Philomela in lusciniam mutata.

*Alterata tecta subit, neque adhuc de pectore cædē.
Excessere nocte signataque sanguine pluma est.*

Id est, Progne in hirundinem mutata. Solent enim hirundines in tectis habitare, habentque sanguinolentam in pectore maculam.

Philomedion chelidonium forte dicitur à phylomela Progne sorore. Sed tum philomelion scribendū. Othonium ab othonna dictum credibile; utopte othonnam succum chelidoni quidam crediderunt. Recentiores iñdrii vocarunt. In falsi Democriti physicis, ubi herbas luteo insufficiens colores commemorat, hujus fit mentio. *Καὶ κεχρεῖ, Καὶ κίνη, Καὶ οἰκενεῖς αἴθος, Καὶ ιλύδριον, Καὶ περιφέρουσα, Καὶ αἰγαλοζαία.* Neophytus chelidoniæ ista è iñdrii. Lexicon chymicum chelidoniæ ista è iñdrii. Chymici vulgo cælidonium vocant; quod ex hac herba quintam quandam essentiam fieri prædicant, non modo ad chymicas metallorum medicationes accommodaram; sed etiam ad tuendam hominum sanitatem, morbosque,

profligandos utilem. Hoc fere modo paratur. Chelidoni herba recens adhuc cum floribus simul & radicibus, pulvis instar contunditur, inditurque ampullæ, & in fimo equino per mensem maceratur. Deinde in balneo humor ad foecum siccitatem usq; extillatur; postea foeces haec conteruntur in pulverem; qui humore paulo ante prolecto, perfunditur; rursusque diebus triginta in fimo maceratur, ut prius. tunc ex cineribus calidius distillatur, separaturque aqua ab oleo: quod chymici veram chelidonii essentiam appellant. Ex foecibus in cinerem redactis, cum aqua sal elicetur. Atque hoc modo tria illa simul principia Paracelsi conficiuntur. I. Crato Epist. I. lib. 11. Hoc modo chelidonie essentiam describit. Dum mense Maio, inquit, Chelidonia floret, sub plenium in locis aridis, tota herba novem librarum pondo colligitur, & huic libra una salis torrefacti apponitur, atque in vitrum distillatorum, capax conficitur, & per quindecim dies in fimo sepelitur dum putrefeat. Deinde vitro alembicus imponitur, atque luto communitur, & primo in balneo distillatur herba cum radicibus. Quod per hanc distillationem extrahitur a Chymista, aqua appellatur. Idem deinceps vitrum cum herba cineribus imponitur, & liquor qui distillando exprimitur, aer dicitur. Tertio idem vitrum argae, aucto tamen igne, imponitur. & liquor crocei coloris, qui exit, ignis nominatur. Quod in fundo vitri vel ampulla remanet, terram esse nemo ignorat. Hec de quatuor elementis chymista gloriosi, & tanquam de secreto loquuntur multis ignoto. Aservant autem quemlibet liquorem seorsim, & ne quid exspiret, carent. Prismi liquoris seu elementi oques usus

Chelidonium majus.



existimatnr, quod intra corpus sumpus, omnes humores corruptos & perniciosos corrigit & educat; præcordia autem maxime adjuvet, & pulmones ab humorum infarctu liberet, ac si pulmo in aliqua parte sit laesus, substantiam pulmonis sanet. 2. Vulnera ab omni corruptione conservet. 3. In omnibus aggritudinibus, si per novem dies ex aqua buglossæ matutine bibatur, eæ vires naturæ addat, ut morbum superet. 4. Quotidianum usum sanum validumque corpus conservare. Atque haec de primo elemento isti homines, qui ex fimo aurum captant, & fumos vendunt, prædicant. Pulmonibus hanc aquam conferre fateor. Alterum liquorum aerem, dicunt. Eum usque adeò sanguinem an-

gere censem, ut nisi quis maritus sit, vel cerebro sanguinem mittat, ex plenitudine periculum sentiat. Nunquam feci periculum, neque facere velim; experiar qui volet. Adidunt haec; ne debilitari quidem eos, qui isto liquore utuntur. 3. Expurgare melancholiam, & omnem humorem superfluum. 4. In perpetua juventute & vigore homines conservare, atque formæ bonum stabile reddere. Orem præcio dignam. 5. Nervis robur addere, & venarum sanguinem ab omni vicio liberare. 6. Suffusiones & oculorum vitia non modò corrigere, verum planè tollere, si per unum mensem liquor ille singulis diebus oculo imponatur. Itaque & cœcn visum restituere, si se in loco ab omni ventorum statu & aeris injurya libero continueant. Prodeesse visus hanc herbam omnes qui de re herbaria scripserunt, docent, & birundines visum ex hac herba recipere testantur. Itaque rectè hunc liquorum oculus instillari posse existimo. Tertius liquor seu elementum ignis, ut isti loquuntur, ad ista omnia, de quibus jam antea dictum est, conferre existimat. Addunt autem hoc in paralyticis linguae, & usu sermonis amissi conferre, ac jam animo deficientes spiritum recipere, si cum aliqua cordiali aqua, vel cinnamomis aqua ori injiciatur. Spiritus exhaustos restituere. Señelius incommoda, si ex vino quotidie sumatur, non modo tollere, verum etiam è senibus juvenes reddere. Simili modo exhibitum pestle infecti prestantissimum remedium esse. Habet arcana chymistica. Huc usque Crato.

Chelidoni genera veteres novere duo, majus & minus. Majus Dioscorides lib. 11. cap. ccxi his fere verbis describit. Χελιδόνη μέγα καλὸν αἵγετο πτυχίων, ἡ νέα μεζόνα, ἤχνη ἵκοτα δρυφυτάς φυλλάς μεσάς. Φυλλά ρεφία βαρύρραχι, τένι φρεστέρα μὲρος τοῦ εἰς χελιδόνην, καὶ ταῦτα λαμπρά τοῦ κεράσου. τοῦ πατέρος φυλλάς αἴθρος ἀπότομος τοῦ λευκότονος, χυλός οὐκεργάτης, δριμός, δηκτήρας, ποσός ταῦτα λαμπρά καὶ δυσώδης. ῥίζαι ἄναγκη μέρος εἰς μία, καὶ πολὺν δὲ πλεῖον, κρυψαῖδες τῷ κεράσῳ. κρεπός δὲ αὐτοῖς κεραπτόδρυς μηκωνός, λεπτός, μεντός οὐκεργάτης, εἰς δὲ αὐτούς μεζόνης μηκωνός. Id est, Chelidonia major caule profert cubitalem, aut etiam altiore, gracilem, quis quidem adnatos habet ramulos foliis referitos. Sunt autem ea ranunculi foliis similia, at molliora tamen, & aliquantum colore glauco. Flos vero secundum singula folia prodit, uti violæ albae; succus croceus est, acris, mordax, aliquantum subamarus, & graveolens. Radix supernæ quidem singularis est, at inferne in multa crocea capillamenta fibratur. Fructus cœti corniculati papaveris, tenuis, longus, coni seu metæ figura, in quo exigua semina, papaveris seminibus majora concluduntur. Plinius loco citato folia pastinaceæ erraticæ comparat, ipsamque plantam albicante, inquit, colore. His verbis. Genera ejus duo, major fruticosa caule, folio pastinacea erraticæ, ipsa altitudine duorum cubitorum, colos albicans, flos luteus. Rectius Dioscorides folia ranunculo comparavit, siquidem folia ex pluribus ambitu crenatis coherent, ranunculi hortensis foliorum æmula; sed tamen majora, teneriora, ac læviora, & ex cælio seu dilute cæruleo (Ideo κυανὸς τοῦ χελιδόνος Theocritus) virecentia. Pancrates in poëmate alba dixit, λευκὴ δὲ χελιδόνιον πίπηλα Interpres, flavi chelidoni folia; credo quia succus flavus. Sed hoc præter menten auctoris Græci, qui alba dixit, quod glaucus color ad albedinem vergat; uti salicis, quam poeta glaucam dixit,

Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem. Recentiores duo hujus chelidoni genera observarunt, figura multum differentia, vulgare, & quod chelidonium quernis, foliis, vel laciniato folio vocant à Clusio, Bauhinoque descriptum. Minus Dioscorides his verbis delineavit. Χελιδόνη τὸ μικρόν, δὲ πινερὸν ἄγριον τοῦ λευκοῦ, τοῦ διατοπερίου (Interp. fere omnes απτητέρον, quorum nos lectionem probamus) ἄκανθας, Φύλλοι κιστοειδεῖς, αἱ φύλλα στερεάς μὲρος μελλοντεῖς, καὶ τοῦ φρεστοῦ, καὶ τοῦ πατέρος τοῦ λευκοῦ μερισμοῖς, ῥίζαι δὲ ἰχθύοις τοῦ αὐτοῦ μερισμοῖς, πολλαὶ ἀπότομοι πυρεῖς στοματιμέναι τοῖς δὲ τοῖς τοῦ πατέρος αὐτοῦ μερισμοῖς πτυχιῶναι. Φύτει δὲ πατέρος διελατεῖς, τοῦ πατέρος αὐτοῦ τοῦ λευκοῦ τοῦ πατέρος. Chelidonia minor, quam sylvestre triticum aliqui nuncuparunt (ob radices plures in granorum tritici modum acervatum congestas, officinæ scrophulariam minorem vocant, ab eadem radicum figura, quæ multis quasi tritici granulis, veluti strumis, quæ Græcorum imitatione scrophulæ vocantur, coaluisse videntur. Alii vero sic dictam malunt quod scrophulis impensa medeatur) herbula est pediculis ab radice pendens, sine caule, foliis bedere figura, sed multo rotundioribus, ac minoribus, mollibus & subpinguisib; circumdata. Radices habet

ex eo-

ex eodem callo complures, pufillæ, in granorum tritici modum acervatim congestas; quarum tamen tres quatuorve in longitudinem protenduntur. Ceterum juxta aquas palustraque loca nascitur; vim acrem obtinet, & anemones modo summam cutem exulcerat. Plinius loco citato, Minoris folia hederæ, rotundiora minus candida, succus croci morax, semen papaveris. Falsum est minorem succum habere croceum, & falsum est semen papaveris habere. Utrumque de majore Dioscorides. Planta, cujus effigiem

Chelidonium minus.



addendam curavimus, ab omnibus ferè pro vero chelidonio minore habetur; Obstare tamen quidam putant, quod acrimonia minore, quam majus præditum est. Sed hoc sit propter loci cœlique mutationes; ut & arum in Cyrenensi agro vix medicamentosum est, acrimoniæque minimum habet, ut in cibis etiam vel ipsis rapis utilius habeatur: Italicum verò adeò acre est ut tantum ad medicamenta expetatur. Itidē ut lupinus quibusdam in locis amariissimus est, aliis verò ferè omni amaritudine caret. Sic capparis quæ ad lybicum mare vel rubrum, teste Dioscoride, nascitur, mirum in modum acris est, adeò ut in ore pustulas excitet, gingivæque osse tenus exedat. Ita chelidonium propter aërem frigidorem, & humidiorem solum nimio humore scatens, minus acre est in patria nostra; contra in Græcia, propter soli aërisque caliditatem & siccitatem, adeò acre esse ut exurat. Hæc vulgata est responsio; quæ licet non rejicienda; tamen quam addam meliorem esse puro. Experientia didici; primo gustu in chelidonio vix acre quid apparere; diutius tamen manducatum tanta acrimonia præditum sentiri, ut fauces mordeat & exurat. Quod etiā stellatitia ejus aqua docet, quæ acerimi & calidissimi saporis est. Sic lignum pauvia, quod moluccense vocant, primo gustu insipidum ab omnibus dicitur; diutius tamen aliquantum manducatum adeò acre fit, ut fauces urat, & perpetuum fitim exiter. Causam in ligno hoc purarem, quod calor hic in profundo situs sit. Experientia didici, lignum fantalinum decoctum in aqua invase duplice concluso calidum & acre esse. In chelidonio causam putarem, quod multo humore obtundatur ejus calor, adeò ut vires tam cito exercere suas nequeat. Nugatur ineptisque improbus calumniator, qui undique lacerat ac rodit doctissimi, maximique botanici Mathioli scripta, cum amellam Virgilii scribit hoc chelidonii genus esse. Ubi color ejus è purpureo violaceus? ubi floris color varius? Sic enim Poëta,

Aureus ipse, sed in foliis qui plurima circum Funduntur, violæ sublucet purpura nigra.

Nec malaco cissus est, uti Germaniae magnus credidit Botanicus; licet hederaceis conspiciatur foliis; quod viticulis careat, quibus repit humili.

Aeizou cur dicatur, docet Theophrastus, quod perpetuo, tam æstate, quam hyeme, vireat, nec ullis frigoriis, aut coeli injuria, quantumvis frigida, emoriatur. Eadem de caula semperfervivum dicitur. Plinius lib. xxv. cap. ult. Sed *aeizoum* utrumque, quoniam viret semper: aliqui semperfervivum. Quod nomen officinæ servarunt. Genera neverunt veteres tria; majus, minus, & tertium, ab utroque facilitate viribusque diversum. Majus varia quondam habuit nomina. Plinius loco citato, *Aeizou* duo genera. *Majus* in fistilibus vasculis seritur, quod aliqui buphtalmū vocant, alii zoophthalmum, (quod foliis in cacumine aliis in terram convexis, aliis in capite stan-tibus, ut invicem compacta, suo ambitu cinctuque effigiem oculi imitantur.) Alii stergethō, quod amatoriis conveniat, aliis hypogeson, quoniam in subgrundiis ferè nascitur. Sunt qui ambrosiam potius vocant, & qui amerimnon, (quod perpetuo vireat, nec colorem mutet) *Itali* secundum magnum (Sedum, inquit Festus, alii sedum appellant herbam, quam Opilius Aurelius selurium vocari ait, eamque in tegulis seri, nec quamobrem id fiat indicat.) aut oculum, aut digitellum. Describitur à Dioscoride lib. iv. cap. LXXXIX. Αέιζουν τὸ μέρη ἀνόμοιαν οὐδὲ τὸ αἴσθαλος τῶν φύλλων, καυτλές ἢ αίνοις πυκναῖς, οὐ μέζοις, πάχεσσι διαιρέσις μεταξύ, λιπαρές, ισθαλεῖς, εὐτομαὶ ἐχοταῖς οὐτοις τῷ χαρακτήρι πριμαὶς. Φύλλα λιπαρά, μεταξύ διαιρέσις μεταξύ, γλαυκοῦνται, τὸ μέρη προτιμέστατῶν φύλλων οὐτοις μεταξύ, τὸ δὲ τὸ κεφαλὴν προστεταλμένα τοις ἀληλα, κύκλοι ὁρμητικοῖς οὐτοις δὲ φυτοῖς αὐτὸν τῷ τοις ἀνημάτοις. Idest, *Sedum magnum* semperfervivi nomen sibi vendicat, quoniam folia semper vireant. Caules edit cubitales, aut etiam altitudinem eam excedentes, crassitudine pollicari, pingues, egregie videntes, Characie tithymale modo incisuris distinctos: folia pinguis

Semper vivum majus.



pollia

pollicari magnitudine, & extreto cacumine linguae similia, & insima quidem in terram convexa: que vero sunt in capite, ita conferta, adductaque invicem, ut orbiculato ambitu effigiem imitentur oculi. Nascitur in locis montosis, & argillosis. Sunt qui & ipsum supra domicilia ferant. A Plinius loco citato his ferè verbis describitur. Majus subiti altitudinē excedit crassitudine plus quam pollicari, folia cacumine linguae similia, carnosæ, pinguia, largo succo, latitudine pollicari (Dioscorides, magnitudine, utrumque verum) alia in terram convexa, alia stantia, ut ambitu effigiem imitentur oculi. Sempervivum magnum, quod legitimum Diotcoridis est, si caulis altitudinem, & foliorum longitudinem spectemus, florentem nunquam vidi. Fuit quandoque ad nos missum, sed perit semper; Diligente enim, ut ait excellentissimus Clusius, cura indigeret; siquidem nec hyemis injuriam, nec cœlæ cameratæ conclusum aërem patiatur. Servavi in vaporario, totamque supervixit hyemem; verum cum Majo mense, aëri committerem, perit; sive id pruina, sive aquilone, qui tum continuo flabat, factum sit, asserere nequeo. Describitur à Clusio lib. iv. De plant. Hist. cap. xl. Alterum, cuius effigiem addidimus, apud nos frequens, vulgo domberbae et vocatur; quod nonnullis locis rusticorum annos olim invaserit opinio, non feriri fulmine domum, in cuius tegulis vibrat, hoc cum verbis Dioscoridis postremis perbelle convenit. Folia enim fert radicibus, terræque proxima, pinguia, succi lenti plena, crassa, acuminata, densa, & in orbem ad effigiem oculi disposita; uti addita tabella exprimit. Latè, & in amplitudinem fere diffundit, hujusmodi plures proferens orbiculos: non raro etiam tenues emittit fibras, quibus latius serpat, atque novos proponit orbiculos. Assurgit quandoque in medio horum caulis erectus, pedali quandoque majore. Vidi cubiculi longitudine, foliis sensim attenuatis communis, in alas quasdam circa fastigium effusis; circa quas flores obscurè purpurascentes ordine digesti, radice nititur fibrosa. Hujus genera nonnulla observavit ante nos Clarissimus Dodoneus, ad quem lectorem mitto. Illud addam; plantam postquam defloruit perire, relictis multis orbiculis, sive novis plantis. Minus sempervivum à Dioscoride libro citato cap. sequenti his ferè verbis describitur. Αειδυν τὸ μικρὸν φύτην τὸ πέριον, καὶ θεριγγίστα φρεσὶ ψόποις καυλία δοπὶ μικρὸν πολὺς λεπίδων τοῖς, φυλλωσίν (vetus εἰς τηλαξία φυλλωσίν λεπίδων) τοῖς φρεσὶ, λεπίδων, μεριδών (Catacur. μεριδῶν) οὐδὲν οὐδὲν, ανιστροφήν οὐδὲν, τὸ μικρὸν φερόμενον τὸ μικρόν, ξυλίτη σκιάδαιον καὶ θεριγγίστα (πολλὰ Oribasius) καλωσόρ, &c. Sempervivum minusculum in parietinīs, petrī, & macerī, neo non & scrobibūs opacis nascitur: caulinis ab una radice multis, tenuibus, qui quidem crebris cincti sunt pusillis foliis, usque rotundis, pinguibus, exilibus, mucronatis. Promis & à medio caule; palmum fere altum, umbella floribus tenuibus, & ex luteo pallidis præditum. Idem ferè Plinius loco citato. Quod minus est in murs parietinisque nascitur, & tegulis fruticosum à radice, & sursum usque ad cacumen; foliis angustis, mucronatis, succosis, palmum alto caule; radix inutilis. Sedi minoris genera recentiores plura obliterarunt. Nos tria ostendimus genera, apud Baravos familiaria. Si dām minus teretifolium album, vulgo crassula minor, parva stirps est, plures ferens caulinis tenuis, palmum raro excedentes, in quorum fastigiis, in laxioribus exiguis umbellis, flosculi albidi, folia circa caulinis pauca, parva quidem, sed oblonga, retusa & teretia, tritici granis majora, nucleis è strobulis, nucum pinearum repurgatis aliquanto minora, alioquin haud dissimilia, quæ subinde una cum caulinis subrubent. Radix in terræ superficie serpens, fibras tenues deorsum mittit. Secundum sedi genus priori similia habet folia, sed frequentiora, & densius in caule stipata; sed floros aureos stellatos, priori minus frequens, humi procumbens & fibris subinde se firmans. Et hoc genus pro secundo sedo Dioscoridis habemus. Tertium palmaris fruticosa planta est, folio exiguo sedi minor secundo loco descripti rotundiore, flos lutes, radix inutilis, gustanti frigida. Apud Belgas in hortis colitur, frequens reperitur. Dixi secundum genus proxime accedere ad delineationem Dioscoridis; quam constat Serapionem ἀντιχειρον τοιον legisse. Sic enim ille. Et habet virgam, in medio longam, circa longitudinem palmi, super quam est capitellum, in quo flos est citrinus, subtilis. Vel καρπὸν pro καρπῷ accepit; & recte. Hippocrates lib. i. Prognost. aph. viii. Kai τὸ

Sedum teretifolium.



Sempervivum minus officinarum.



ζεῦμα τὸ ζεύμπτωτον πεσούσα χλωρόν τὸν καὶ μίλαν τὸν, Επειλατ, οὐ μαλιθρόδεις. Ad hunc locum Galenus, μετεβαλτεῖσα τὴν τὸ καλωρὸν; εἰώθαστο τὸ οὐομάζειν οὐ παλαιον, ποτὶ μόνο τὸ οὐργόν, οὐσιώτερον τὸ οὐδὲν πολλοὶ καρέμεσος τὸ τὸ θεριδαντίαν καλλίσσεις. Οὐ περ γραμματικαὶ τελείτερον τὸν ιευθέον, οὐ οἷον αρχήν τὸ μελανισμοῖς τὸ Επειλιθύωθαι. Moderatior verò ubi ad pallidum colorē. Veteres enim assolent ita nominare interdū etiam ut vulgus brassicas & lactucas καλωρές vocant, qui color τὸν

bro magis nigrescit, & est velut initium quoddam lividi & nigri Locus Hippocratis citatus his verbis apud Celsum lib. II. cap. vi reperitur. Color aut niger, aut per pallidus. Idem Hippocrates luteū sive vitellū ovi χλωρόν vocat uti lib. II. τοῦ γαστρὸς. Πίει τὸν χλωρόν οὐαὶ οὐαὶ. Eodem libro, χλωρόν τοιοῦτον οὐαὶ οὐαὶ. χλωρόν τοστὸν. Expurgatur luteum subalbidum, quale ex ovo crudo. Apud Dioscoridem non unus, alterque, locus ubi χλωρόν pallidum, luteumve denotat, uti lib. I. cap. de amomo — De priori illud admonendum, genus quoddam huic simillimum esse, quod colligentes facile fallat; adeo ut mirum prorsus sit contraria facultate præditum esse, nempe calfaciendi & exulcerandi. Discernit tamē, quod sit foliis rotundioribus, teretibus, oblongis magisque carnosis, & superne magis retusis, mucronatis, instar vermium, & totis ramis pendulis, nec uti alterum quod refrigerantur a facultate prædictum est, perenne est, semperque viret. Supra cap. de Portulaca diximus, sempervivi tertii caput, capiti de portulaca annexum fuisse; veruntamen ex libro quarto eo translatum, quod ex Oribasio liquet, qui illud subjungit sempervivis, non portulacæ. Titulus hujus capitatis, τοῦ αἰλούς ἵκειν, pro quo in veteri legitur, τοῦ αἰλούς λεπτοφύλλας; quod admonendum opere pretium putavi. Hoc sedi genus his fere verbis describit Dioscorides Δακτέον δὲ εἶαι καὶ τελέτην εἶδος αἰλούς, ὃ τοιούτοις ἀνδρογυνίοις οὐ πλέοντος, ἡμέραις ἢ ἡλικίᾳ βροντῆς. Τοῖς οὖταις ταχύτερος τὸ φύλλον εἰστι, τοῖς τὸ τῆς ἀνδρογυνίας διοίσθια φύλλον εἰστι πιττερός. Διάταξις ἡ ιχεῖς θερμωτική, δερματία, ἐλαστική. — Id est, Videlur & tertium esse semper vivi genus, quod aliqui portulacam agrestem aut telephism vocarunt, Romani illecebram, pusillis foliolis crassiusculis ad portulacæ similitudinem ac densitatem. Nascitur in petris. Vis ei ex calcatoria, acris, & exulcerans. Plura in his verbis consideranda; ac primum quidem, quod inquit Δακτέον videtur. Nam revera non est sempervivi genus, quia contraria pollet facultate calida & exulcerante, cum majus minusve frigida sit temperie. Ad hoc cum Plinius loco citato minus attendit, gravissimum commisit errorem. *Huic similis est quam Græci andrachnen agriam vocant.* Itali illecebryam, pusillis, latioribus foliis, breviori cacumine. Nascitur in petris, & colligitur cibi causa. Omnitum harum vis eadem refrigerare & adstringere. Dioscorides, Galenus, cæteri, utrumque tempervivum refrigerandi vim habere scribunt. At tertium Dioscorides acre & calidum & exulcerans inquit. Docti viri verba postrema θερμωτική Sc. spuria putant, ac inserta. Quare restituunt, τεταῦ τὸ φύλλον δύναμιν ἵκει τὸν αὐτὸν τοῦ αἰλούριον; eo tantum moti argumento, quod Plinius genera omnia refrigerare scribat; Plinium, inquit, omnium primum Dioscoridis textum in suos libros transcriptisse, nemo dubitat; et si ab ipso nunquam memoretur; eoque tempore incorruptum habuisse existimandum est. Quis, inquam, dubitat, Plinium heterogenea conjugere, homogenea separare. Id multis in locis jam ostendimus. Quid notius quam Plinium clymeni, & periclymeni Historiam confundere. Id farentur ipsi, qui ex Plinio Dioscoridis hoc caput corrigere conantur. Sempervivum hoc, sive telephism, de quo nobis sermo, calidum esse & acre, ex Hippocrate probatur. Hic lib. de natura muliebri inter acria apposititia numerat. τοῦ δρῦμον αἴματος ἀγεντον παρθενεῖδος πίνει — η̄ τὸ μελανοπτέρον ιεβλωτος καρπούς τὸν βαστενόδος ἱμβαλλει εἰς σίνον — πλειον ταχρον τὸν τοντον ποιῶν οὐεστέσθε. αἰμάντης φύλλα τετράφυλλα σοδεῖται εἰς ἥπατον, καὶ σφύρην μικρού συμμισγειν, καὶ τὸν αὐτὸν σπόντον, εὑδατο χαγεῖαι αἴματα. Aposititia acria, sanguinem ducentia, cantharidas quinque — si vero mollioribus uti velint, buprestidas in vinum mitte — Aliud telephism fructū eodem modo præparatur subdito. Aliud anemone folia, trita linteo excipito, & myrra parum ad misceto, & eodem modo utitor. Aliud quod sanguinem ducit Libro de morbis mulierum secundo telephism præscribit adversus suffocationes, jubetque apponi vulvæ, ut discutiantur & retrahantur vapores cor pertentes, η̄ τοῦ φρεδον ποιεῖται τὸν στέγην αἴναθι βετερον, καὶ πινύμα ἵκει — η̄ φιλοτον οὐρανος οὐεστέσθε. η̄ πλειον τὸ αιματίνον φύλλα τετράφυλλα εἰδος τετράφυλλα, & συμμένη μικρού συμμισγειν. Aut aperianem similiter subdito, (in glandulam efformato, ac pennæ circumdato) aut telephism, aut anemones folia trita, in linteum indito, & modica myrra admixta apponito. Quæ sanguinem apposita trahunt, & quæ uteri vapores à corde retrahunt calida esse probatione, opus non habet: nimis nota hæc. Telephion vero de quo Hippocrates agit, sempervivum tertium esse, ex Galeno probatur.

Hic in exegesi, ποιητον εἶδος βοτάνης; οὐδὲ εἰσίσθιον αἴγανον η̄ ἀρδεγίζοντος οὐρανος, βοτάνης η̄ ἀλλαγήσθει. Omnia hæc Dioscorides de sempervivo tertio. Errant qui corruptum Hesichii codicem purant. Recte scribitur ποιητον φυτόν, ποιητον η̄ αἴγανον αἴγανον. Vide cap. XIIII. lib. IX. Δακτέον, hoc loco densum significare, plures admonuerunt interpres. Sic apud Theophrastum δακτέον σελινον lib. IX. cap. IV. & δακτέον φιλίκη lib. V. hist. cap. IV. Ita Dioscorides πελματωτον folium δακτέον tribuit. Porro Plinius αἴγανον παχύπερον, legit παλινηρετον. Quam lectionem Lacuna in antiquo quodam invenit codice, Eandem & interpres Oribasi fecutus est. Παλινηρετον legendum non esse, docet vox φυλλάδεια. Quomodo enim foliola possunt esse, si portulae sint latiora. Vulgatam itaque servo lectionem, ac sempervivum tertium dico plantam, cuius imago appingendam curavi. vulgo illecebram vocant, Belgæ inler-peper. Nonnullitamen suspicantur plantam hanc non esse sempervivum tertium, quod foliis non sit portulacea similibus. Sed Dioscorides non dixit, foliis esse portulacea; verum ad illius crassitatem tantum

Illecebra.



accelerare. In locis petrosis, aridis, & in veterum murosum rimis ubique nascitur perpetuoque viret. Non itaque temere inter semperviva refertur. Perperò virere auctor est Theophrastus. Humilis & exigua herbula est, caulinum tenuibus ac brevibus, foliolis circa hos crassis, frequentibus, pusillis, acuminatis, succi plenis. Flosculis in summo luteis, parvis. Doctiss. botanici pro sempervivo tertio habent cotyledon stellata, à Camerario aizon peregrinum dicuntur, ac his verbis describitur. Αἴζον peregrinum sic appellandum ob folia crassa, & pinguis flores, & semina vulgari aīzoo nonnihil similia, quanvis planta sit annua. Eam mense Aprili accepi foliis præstantem portulacea, sed in summo crenatis, & qua parte solis radios acceperint, micas quasi argenteas ostendentibus, ita collocatis, ut oculi formam non fecerit atque vulgare aīzoo representarent. Majo mense in foliatum (apud nos Iunio) caulinum palmi altitudine, incrassatum, supinum nonnihil, & in paucos ramulos divaricatum excrevit, subrubentem flosculos Iunio (apud nos ad finem Iunii) proferentem stellatos, nitidos, candentes, exiguos, (nonnihil quandoque subrubent, etiam punctulis rubris notatos observavi) & quintili capsulas quinas, itidem stellatim conjunctas, minutissimo semine refertas: atque tandem contabuit herba: Rursum vero prodit ex semine Septembri mense (idem & apud


Semperivum tertium Fabii Columnæ.



apud nos fecit) cum, quod sponte exciderat, frequentes pluviae macerassent, & favissent soles aliquot calidiores, & Octobri medio, eandem formam & pene magnitudinem consecuta, qua primum accepit, sed unica pruinae acrioris saevitia delecta fuit (binas hyemes tulit apud nos; stramine tamen, sive mattis stramineis munita fuit adversus saevitiam hyemis acrioris, sed antequam muniebam jam gelu per dies aliquot durarat. Tegebam mense Decembris cum gelu incepisset Novembris xxv. vel xxvi. die.) Semen itaque quod collegeram anno sequente veris initio terre commisi, & intra paucos dies copiose prodiit illa plantula, sed quintili demum flores ostendit. Sapor idem est, qui aizoi, & refrigerandi vi pollet. Neutquam itaque potest esse semperivum tertium. Obest etiam quod non sit planta perpetuo virens, sed annua potius, vel quæ inter eas numerari potest, quæ, patulo tempore excepto, folio carent. Sed semperivum Theophrastus semper virere & humidum esse ait. *Αὐτοῦ*, inquit, *χαράδρη*, quemadmodum & reliqua semperivii genera. Insuper non est pusilli foliis, sed mediocriter magnis, & portulacæ rotundioribus, majoribusque. Neque verba Dioscoridis de Aristolochia clematide φύλλοι τεσπρόγονοι δεξιοὶ μητέ ιενόποι, foliis subrotundis parvo semperivivo similibus, de tertio sunt intelligenda, sed de secundo, cuius folia Dioscorides pusilla, rotunda, pinguis inquit. Sed quomodo verba illa Dioscoridis de hac Aristolochia legenda suo loco referemus. Rectius certe qui cotyledonis genus faciunt plantam modo descriptram. Nam proxime ad cotyledonem accedit alteram. Vtriusque historiam hac occasione examinabo. Κοτυλέδων dicitur, quod folium habeat instar coxendicis concavum; vulgo umbilicum Veneris vocant. Puto tamē alteram cotyledonem latinis umbilicum Veneris dictā fuisse, non priorem. Auctuarii tamē auctor contrarium docet, alteram inquā umbilicum Veneris nominarunt Latini. Græci γῆς συφαλοι, quod veluti oculum vel umbilicum denforibus cingeret foliis, ad instar majoris sedi, cuius folia κύκλοι ὀφθαλμοῖς συντίθεται. Videat lector utriusq; iconem. Quod si Latini priorem cotyledonem vocarunt umbili-

cum, id de convexa non, concava parte accipiendum est. Nam veteres umbilicum tantum dixerunt, de figura extuberante, & in rotundo eminente, non de subfidente ac concava. Falluntur ergo Botanici maximi nominis, qui nomen hoc accepisse putant, quod planta hæc folia habeat circumacta in orbem, concavatem humani umbilici forma leni descensu referentia; nec talem formam cotyledoni tribuit Dioscorides, à quo describitur primum cotyledonis genus his ferd verbis lib. iv. cap. xcii. Κοτυλέδων οἱ ἡ συντηλεῖσθαι (forte συντηλεῖσθαι vel συντηλεῖσθαι) οἱ ἡ χυμβάλιοι, φύλλοι ἡγει αποτελεῖσθαι, επειφέρεις, λελαθότας καῦλοι· καῦλοι ἡ αἱ μίσθιοι βεργάχι, (εἰς μίσθιον βεργάχιον nec legit antiquus codex, nec Oribasius habet) εἰς ἡ τὸ στήμα, πίζας ἡ αἱ μίσθια σεργυρόλιν. Cotyledon, aliis scytalion (scutarium, id est, exiguum scutum, cuius formam cotyledonis ostendit folium, ut pictura docet) seu cymbalium (quod concavum instar cymbali sit folium) folia est acetabuli instar orbi lati, atque concavo, ita tamen ut cavum id aciem fugiat. Brevi in medio caulinco, in quo semen inest, radice olivæ modo rotunda. Plinius lib. xxv. cap. xiii. Cotyledon parvula herba, caulinco tenero, pusillo, pingui, folio & concavo, ut coxendices, (acetabula Dioscorides, non ineptè comparat Plinius nam inde nomen habet) Nascitur in mari Himis, petrofissaque viridis, radice olivæ modo rotunda. Umbilicum primum, esse cuius figuram addidi, nemo in dubium vocavit; viret & viget præcipue hyeme à cuius saevitia stramineis, sive juncis stragulis defendenda. Initio æstatis, vel fine veris floret, ac semen minutissimum facit; deinde marcescit, radice perenni, quæ nova folia mense Septembri, vel Octobri promit. Sunt hæc longa, carnosæ, succulentæ, lœvia, orbiculata, ambitu nihil aut parum crenata, brevi pediculo, quæ acetabuli figura modicè apparent, & colore virent; aliquando tamen in natali solo purpurascientia. Cauliculum inter

Umbilicus Veneris primus,



hæc habet dodrantali breviorem, in alas subinde divisum, circa quos flosculi exiguī, albantes, aut dilute admodum pupurei. Inberola, exiguī instar bulbi, subest radix candida, ex qua fibræ aliquot dependent. Alteram cotyledonem Dioscorides capite sequenti describit. "Εἰς ἡ ἐπεργα τίδες κατηλαβεῖσθαι, πλατυτεροι, ἡχοντις λιθοφύλοι (απαλωτεροι vetus) φύλλα, αἱ γλωττικαι (vetus κλωττικαι) πυκνὰ τεσπερις τὴν φύσιν, οἵστις ὁρμητικοὶ οἱ μίσθιοι εἰσινεγ-

φορτιοι

φύτη, ὥστε τῷ μεῖζον αἰτίων (Doctiss. Salmasius legit πυνθάνει τῇ φύσῃ οὐδεὶς ἀρχαὶ λέγειν τὸ μέσον τοις ἄλλοις φύτευεν, πατέρες τῷ μεῖζον αἰτίων. Sic legiffe Plinium fatendum est, etiam Interpretates τῷ γένοντος φύτευεν. καὶ λόγοι λεπτὸν καὶ τὸ ἀντὶ αὐτῆς τοις αἴρουσιν φύτευεν, ρίζαις τῷ μεῖζον. ποιεῖ τὸ φύτευεν αἰτίων. Est porro Galerterum Cotyledonis genus latioribus foliis, siisque pinguis ac cœl lingulas referentibus, densis confertisque circa radicem, & velut oculum in medio constitutis, quemadmodum de majore sempervivo dictum est, adstringentis gustus. Cauliculo tenuis, in cuius summo flores sunt & semina Hyperici, radice majuscula. Vetus eius ad eadem que sempervivo. Plinius loco citato. Est & aliud ejusdem sordidis foliis (πυνθάνει, pro λαβήσῃ perperam legit) latioribus, densioribus que circa radicem velut oculum cingentibus, asperimi gustus (pefsum adstringentis, πυνθάνει Dioctrides) longiore caule, (nec hoc dixit Dioctrides) sed pergracili. Vetus eius ad eadem que iris aeiزوν duo genera. Hæc depravata quilibet satetur. Vir magna auctoritatis scribit ac distinguit, usus ad eadem que majoris aeiزوν duo genera, &c. Pròximè ad vulgatam accedit lectionem, si scribam. Vetus ad eadem, quæ prioris aeiزوν duo genera. Eadem facultate qua prior cotyledon pollere, vult Plinius. Planta quæ vulgo pro cotyledone altera ostenditur non videtur convenire cum descriptione Dioctrides. Augustioribus enim est quam prima foliis, nec ad semper vivi majoris formam accedit, sed ad minoris; nec oculi formam ad radicem ostendunt folia; uti majus sempervivum. Umbilicum alterum dico aeizoön peregrinum esse Camerarii, supra descripum. Folii est quam vulgaris latioribus, oculi formam non secus ac aeiزوön ostendentibus, densis, quæque linguas referunt. Etiam flores habet hyperico forma non dissimiles, semenque, ut illud, minutum. Non inventa planta est, quam minorem cotyledonem, sed folio Adversariorum auctores vocant. (Si non eadem quam Mathiol. & Dodoneus cotyledon, alteram.) Recte, inquietum, sed folio appellamus; tantopere namque cum

Vmbilicus Veneris alter.



sedo quadrat, ut propriæ ne illi sit quam umbilico, ambigat vulgus, eoque apud gentes nonnullas sedum montanum appellatur; rarer multo superiore, nec nisi quibusdam Alpinis Allobrogum & Pedemontii, (Sabaadique astensi valle vocata,) & Mindenis montibus, Avernæ & Germaniae nobis visa. Majo ac Iunio flores albiantes, minoris sempervivi, in caule sesquipalmari plurimum unico, ex radice fibrosa, nigra, tenui, per foliorum quasi centrum eunte; Foliorum lingulas ob-

longas, crassifusculas, imitantum, & tantillum ambitu crenatas, albo vel glauco colore, carneque sempervivi minoris gustu. Hanc onobletum scribunt esse Hippocratis, nec plantæ hujus ubi mentionem faciat scribunt. Puto eos intelligere locum qui reperitur li. 11. de morib. mulierum, ubi adversus profluvia remedia in lana apponenda precribit; ἢ μὴ ληγη σεμνῶν, ἢ θλῖτος τὴν βοσκήν, ἡ λαῶστας εἶναι τὸ πτερόν τοῦ φερετοῦ. Si vero non cesset, suffinum aut blitum herbam, quæ velut lingua est, in lana ad subditum efformata. Eo loco nil aliud divinum Secum quam vulgare blitum, quod bovinam refert lingam, intelligere puto. alium si habeant locum in medium adferant oportet. Hoc tamen fatendum, viris doctis, inter quos non ultimum tenet locum Fœsius, parum integrum videri hunc locum, quod exemplaria manu scripta regia legant, ἢ μὴ ληγησαν (quædam etiam ληγησαν) ὅρισται τὴν βοσκήν, &c. Calvus vertit, si non cessent, bonibilem herbam lingue similem, cum vellere apponito. His aloes historiam subneceamus. Ad sempervivi genera hæc planta, ob foliorum formam ac substantiam, non ineptè referri potest. Aloes nomen accepit à sale vel salo, sive mari, cuius afflatus maximè gaudet; vel nomen hoc obtinuisse scribunt, quod falsedinis foris non nihil contineat, ut ceteræ maritimæ. Prius etymon magis arridet. Nonnullis sempervivum marinum vocatur, à crassis foliis, & similitudine quam cum sempervivo habet. Vulgo sempervivum maximum vocant. Ineptum quod Isiodorus scribit. Aloa in India atque Arabia gignitur, arbor odoris suavissimi, ac summi, denique lignum ipsius vice thymiamatum adoletur altari bus, unde & nomen traxisse videtur. Arabicæ plantæ hujus nomina, vel potius ejus succi, qui scire desideret, Garciam ab Horto aeat. Hic cebat inter alia vocari contendit, & vulgo in codicibus Serapionis male laber legi, Aloe à Dioctride lib. 111. cap. xxv. his ferè verbis describitur, Αλόν φυλλοτούχοις οὐλληλοῖς φερετοῖς, παχύ, λιπαρό, οὐσιώδητοι, εἰς τὸν φερετόν (vulg. codic. φερετό) Altera magis arridet, tum quod aloes folium neutram teres aut rotundum sit, tum quod Oribasius eandem secutus est, εἰς τόπιον κλίματον. παρ' ἵππην δὲ τὸ μέτεπικεν τὰ φύλλα σὺν οὐσιώδητοι (Catacur. codex αγροτικός) ἀριστῶν ἐξίσχονται, κρυπτα. κανέλη δὲ αρίστην αὐθεντικῶν οὐσιώδητοι, αὐθόδητοι δὲ λευκόν. καὶ περτόν αὐθεντικῶν ιοντόν. βαθυστεμένη δὲ ὄλη, καὶ διπλασιούντα περγατάτη. Εἰ δὲ μοιόριζον, ἀπὸ τούτων οὐσιώδητον τὸν ρίζαν. ματατη, δὲ τὸ τῆς ιδίᾳ πατείη λιπαρό, οὐδὲ καὶ τὸ ὄπισμα καμιλέπτη φύτευεν δὲ τὸ Αργεῖον καὶ Ασία, Καὶ τοι παθανατικῶν τόποις Εὐρώπη, δὲ τὸ Αιγαίον εἰς ταχανατικόν, παθανατικόν τοις τοις παθανατικοῖς διανοματικοῖς (διακάθατοις) παπιλόνων δολίζεσθαι δὲ πατείη καμιλέπτη. Οὐραὶ ἐλίσχεται γένος Επικήριον δὲ συμβατικόν εἰς πατείην δὲ τὸ μὲν Διελύσθατα μίσχος ιακών φύγματος (Ιακώνειον Catac.) Θλερούν (recte θλερούντα) τὸν τοι διελύσθατον. Ιακών δὲ αρχικῶν μισχατοι, Aloe, inquit, folium habet scille similitudine, crassum, pingue, in rotundum, modice latum, retrorsum pandum. Sed utrimque habent folia ex obliquo spinulas raris intervallis prominentes, easque breves, & quasi decuratas. (Alteram si quis velit sequi lectionem interpretetur, cum Lacuna. Folia ex obliquo utrimque in spinas quasdam retusas longioribus intervallis dispositas definunt, vel cum Fuchsiō, folia utrimque gerunt, ex obliquis aculeos raros, & breves.) Caulem vero profert autherico, id est, asphodelo non dissimilem; florē album & semen ceu bastule regie. Est autem tota odore gravi & gusto amarissima. Unica verò radice, ceu palo in terram demissa nititur. Plurima in India præpinguisque nascitār; ex qua etiam coactus succus exportatur. Nascitūr & in Arabia, Asia, locisque quibusdam maritimis, & insulis, velut in Andro non valde eliciendo succo idonea, sed ad conglutinanda vulnera quam utilis, si trita illinatur. Et hæc Aloes ex Dioctride descriptio. De succo mox agam. Tradit & Plinius aloes quandam descriptionem, sed breviorem, in qua tamen quædam notanda. Aloe, inquit, lib. xxvii. cap. iv. scille similitudinem habet, major, & pinguioribus foliis ex obliquo striata (Obstrarius Plinius quam Dioct. ex obliquo striatam, inquit, id est, latioribus ex obliquo laciniatis, & veluti striatis cum spinularum eminentiis; alioquin aloes folia neq; parte adversa

Aloë.



aversa sunt striata, neque in canaliculos excavata, ut ipsa comprobat autopsia) caulis ejus tener est, rubens medius (de colore nihil Dioscorides) non dissimilis antherico, radice una, seu polo in terram dimisso, gravi odore, gustu amara (id de tota planta Dioscorides) Laudissima ex India adfertur. Sed nascitur & in Asia. Non tamen ea utuntur nisi ad vulnera recentibus foliis; mirifice enim conglutinat, vel succo: (Dioscrides si trita illinatur, non eliciendo succo utillem scribit) ob id in turbibibus cadorum, eam ferunt, ut aeizoum majus. Recentiores duo aloes genera ex diversis orbi plagiis allata observarunt. Quorum alterum vulgare, alterum Americanum. Vulgaris, uti ad nos adfertur ex Hispania, Italia, Canariæ insulis, aliisque plurimis locis, iconem addidi. Flores nunquam vidi; quare eos apponere non fuit visum, alioquin feliciter in hortis pensilibus, ac in sabbato depacta, non fecus ac suis natalibus adolescit. Hymene ob gelu in tepido quodam loco suspendenda. Nam in aere quoque suspena vivit & incrementa capit. Folia habet aloë scillæ similia, oblonga, lata, levia, crassa, retrovorum repanda, utrinque crenata, aspera, & retusis aliquot spinulis aculeata, lento tenacique succo plena, instar foliorum semper vivi. Caulem ferunt promere duum vel trium cubitorum altitudine, in quo flosculi albicanter; vel ex cærneleo purpurascentes, & calycibus oblongis, semen asphodelo simile scribunt. Radix singularis, crassi pali in terram adacti effigie. Alterum aloes genus Americanum vocatur, quod ex America primum delatum est. Hoc Clariss. Carolus Clusius primus descripsit, lib. v. plant. hist. cap. XLVIII. Multa, inquit, illi sunt folia humanam longitudinem attingentia, saturata virentia quidem, sed quibus inspersis videatur cineracei quidpiam coloris, ut in tuliparum quarundam foliis, levia, circa insinuam cædem, trium aut quatuor digitorum transversorum crassitudine, quodammodo carinata, valde lata, mutuo se amplectentia, instar foliorum vulgaris aloes aut asphodeli, sensim in mucronem desinentia; qui nibil aliud est, quam spina, fusca, crassa, unciam cum semissi interdum longa, & adeò firma, ut Americani pro subula uti solerent. & cuspidis ferreæ loco ad sua tela adaptarent. Foliorum latera tenuiora sunt, & spinis ejusdem coloris aspera, sed brevioribus, lata basi preeditis & deorsum incurvis, ut in rhamno tertio. Interiore parte fibrosa hæc folia,

& succi plena, sed non amari. Ex eorum medio caulem enasci intellexi (nullum enim vidi) brachialè crassitudine, & brevioris lanceæ altitudine. Radix crassa, longa, curva, veluti internodiis articulata, è quibus ad latera agnascuntur alternis, alia plantæ, ut in arundinum nodis germina seu gemmæ sunt dispositæ. Haec tenus Clusius. Crevit hæc planta (ut ad Clarissimum & doctissimum Camerarii scripti, simplicium indagator acerrimus Josephus de Casabona) anno 1586 in horto instructissimo Duciis Hertruriæ, miræ altitudinis caulem proferens, instar abietis penè contortum, in cacumine ramosum. In extrema ramorum parte congeries fuit referta floribus è luteo virentibus, instar hemerocallidis valentianæ, suaviter odoratis. Ipsa planta excessit altitudinem XII. cubitorum. Talem etiam & altiorem se vidisse pater meus testatur Romæ anno 1598. in Cœnobio quodam, at nomen ejus non retulit. De ejus usi mox plura. Vulgarem Dioscorides odore gravem & amarissimam inquit. Quod de odore scribit, id de viridi aloes succo intelligendum est, neutiquam de exsiccati succo, hunc enim experientia comprobat odoratum esse. De cuius succi exsiccati odore; sive qualis ad nos ex Indiis adfertur, modo dicemus. Saporem, inquit, esse amaro. Hoc quidam negant, quidam asserunt. Alij folia non insigniter amara esse, succumque nondum folibus percoctum, ut brumali tempore, minimè amarum inquiunt. Quod aliis etiam plantis multo succo obrutis evenire videmus, quæ ignavius multo per initia sapiant, deinde maturitatem adeptæ, expressiorem saporis formam adipiscantur. Et hoc modo verba Dioscoridis explicanda sunt; quamvis & alio modo explicari possunt, ut mox dicemus. In India amaram esse herbam, testatur Garcias lib. I. cap. II. Quod vero negant, inquit, herbam esse amaram, magis mirum. nam saepe degustatam admodum amaram inveni; quæque vicinior pars erat radici, eo amarior mihi visa est: extrema folia amaritudine carere mihi videbantur. Verisimile in India amaria folia esse. Ratio est quod succus magis à sole concoquatur, nec ita aquosum humidumque sit, quam apud nos reperitur; & hæc etiam causa, cur æstivo tempore, saporem amarus faciliter percipiatur. Ut autem quod dixi, quilibet ratum habeat, exemplis docero plantas alias etiam esse, in quibus quotidie id observari potest. Lactuca menstrua, id est, tenera & succulenta, quæ ætatem mensis non excessit, dulcis est, trimestris, florem, semenque promens amara est. Portulaca fatua initio, adulta acida. Idem in aliis observare licet plantis. In Indiis præstantissimam nasci, auctor est Dioscorides. Ad hoc Garcias ab horto, progressus Indiae Medicus lib. I. cap. II. Quod Dioscorides & Plinius scribunt laudissimam ex India adferri, alii vero ex Alexandria, aut Arabia, non simpliciter id intelligendum est, sed de ea quæ ex Socotra primum in Indiam delata est. Nam etiam ex Cambaja & Bengalæ defertur Ormus, Adem, & Gida. Itaque minus malæ Mesue, qui unum aloes genus ex Socotra adferri scribit, aliud è Persia, tertium ex Armenia, quartum ex Arabia. Nam quæ in Lusitaniam defertur (& hodie ex ipsa India in Bataviam, ut his oculis vidi) ea ex Socotra allata est. Alexandrinam autem à quibusdam præferri hinc factum est, quod superioribus annis pleraque aromata Ormus deferrentur, dein Basora, Adem, Gida, inde camelis Suez, quæ in extremo maris Erythræi sita est, & inde Alexandriam ad Nili ostium. Unde venientes ea reliquæ Europæ communicabant, non autem quod in Alexandria fiat aloë. Distat autem Socotra insula à freto maris Erythræi CXXVIII. leucis. Quare non mirum, quod modo Arabicam modo Æthiopianam aloen dixerint, siquidem altera parte freti Arabia altera Æthiopia terminatur. Porro succus hic non in quadam Socotra urbe tantum extrahitur, sed per totam insulam, ut scribit Garcias, quæ nullis urbibus exculta est, pagosque dunata habet cum multis gregibus. Nec in maritimis tantum Indiæ locis planta hæc nascitur, sed etiam in terrestribus. Ex Dioscoridis verbis recentiores colligunt, nostro celo, etiam Italico, ob soli cælique varietatem & defectum, non emittere succum. Quod satis aperte indicare Dioscorides mihi videtur. γενεται δι τη Ινδια — εις όποιαν. Galenus etiam lib. VI. simpl. idem fere scribit Α' ειν αυτη μηδ' η πόλις παρά την τη φύσει, και τη φυσικην οικητη. Συγκλητην μεταλλην, ιδεται δε σερπετης και οινοπεπτης τη δύναμις ισις. αρχη μη τη Σοστης Επεγγειαν πιθανη, αις καλλωτη τραπεζης. και οι της θερμοτέρασα καιρος,

jusmodi scriperit nugas. O' ἦν Διάστητος δικαῖος εἰς τὸν
δύτερον Νίγρον, — ἀλλὰς δὲ διάστητον εἰς Ιudeāνα γαπάδαν, καὶ
ἄλλα τέττου σημίαν πάστερα, τῷ δέ τον ινδικόν (codex pari-
fensi. ἀνθετα) εἰκνήσαντα φυσιόν, από τοι πολυπέραν εἰς εὐ-
θύνα, ἀλλὰ τοι εἰς τὸν ινδικόν πάστερα, Εγώ. siquidem,
Niger, qui inter eos eximius censetur — quin etiam
aloēm in Iudeānō sōfīlēm nasci; aliaque plurima hisce simi-
lia prodit, manifestè falsa. Qua quidem arguento sunt
ea non oculata fide, sed narratione ex auditu ab aliis ac-
cepta cognovisse. Hunc, & similes Plinius sequitur, quan-
do à Dioscoridis verbis recedit. Mesues quatuor gene-
ra novisse videtur. Cum lib. I. de simp. cap. I. scri-
bit. Aliud est quod sit in Succutri aliud in Persia, aliud in
Armenia, aliud in Arabia (hæc supra Garcias expo-
suit) & melius ex iis est Succutinum, post illud Persicum,
deinde Armenianum, & deteriorius est Arabicum. Recentio-
res genus vile caballinam vocarunt, quod equis & ve-
terinaris medicandis dicata sit. Alteram, sive pretio-
sam hepaticam, olim vocarunt, quod hepatis modo co-
acta sit. Seplasarii nostri tria ostendunt genera, ac op-
timum genus aloēn lucidam, alteram citrinam, tertiam
& vilissimam sordidissimamque hepaticam vocant.
Lucidam vocant à splendore, citrinam à colore; qui-
dam illam succotribam vocant, quasi succo citrina,
quod ejus pulvis citrinus sit. Inter has duas aloēs ego,
ut verum fatear, exiguae aut nullam fere differentiam
observare possum, nisi quod magis lucida splendeat.
Utraque socotorina dicenda, à solo natali. Nam, ut di-
cūm est, Socotora insula optimam mittit. Maximæ
auctoritatis vir, & in literis exercitatis simus, Sycoti-
num dicendum contendit. Sycotinum hodie vocamus hoc
est, inquit, ad verbum ἵππανδα vel ἵππαντζαν. Nam Græ-
cia imfima οὐκετὶ προμορα dixit, quin antiqua jecur
anseris aut porculi cum fiscis pasti in deliciis haberet, &
sic vocaret, (Galenus lib. de boni & mali succi cibo.
cap. 4. ὅπερα καὶ τὸ ἡπατικὸν ὑπότονον ιχαδαὶ ιδιωτῶν, ὁ νε-
λοντος οὐγότονος. Itenique suillo hepe, si quando id animal
caricis nutritatur, quod propertea sycoton, quasi ficu-
bus nutritum vocant.) ἵππανανονθεμάνα dicuntur Pol-
luci, quæ alijs οὐκετὶ inde recentiores οὐκετὶ quodlibet jecur
appellarunt, & eos imitati Latini sicutum. Quo nomine
hodieque jecur in nostro idiotismo nuncupamus. Lexicon
vetus, οὐκετὸν οὐκετον. Cyrilli lexicon λόβος οὐκετός, ἄκρα
οὐκετός. Ex eo Sycotina aloe, quæ veteribus οὐκετός. Errant
igitur qui à Socotora insula Indię deducunt, ex qua opti-
ma aloe, adferuntur. Neutiquam errant, recte scribunt.
Non enim ab infimæ ætatis Græcis hoc nomen aloē ac-
cepit; sed ab Arabibus, ad quos ex insula jam dicta
deferebatur. Satis clare hoc Mesues verba citata te-
stantur. Nullus Græcus sycotinæ aloēs mentionem fa-
cit. Barbara vox, barbarum vocabulum. Quod si ex
Græcia in Arabiam importaretur aloē, contendere in
οὐκετόν legendum; Nunc autem cum certò certius con-
stet, ex Socotora, insula Indię deferri in Arabiam &
in Græciam & alias regiones, probabile magis est,
nomen illud ab Arabibus inditum fuisse. Præterea he-
paticam aloēn seplasarii nostri sordidissimam vocant,
quæ tamen dicenda foret optima, ut ex notis quas tra-
dit Dioscorides patet. Errant & pharmacopœi cum in
compositionibus in quibus ἀλόης οὐκετίδες mentio fit,
hac vilissima & sordidissima utuntur. Videamus quam
aloēn eligendam præcipiant veteres, quamque rejicien-
dam. Eligito, inquit, pingueam quæ nihil dolí senserit,
calculatorum expertem, nitidam, subfulvam friabilem,
jecinoris modo coactam, quaque facile humescat,
eximiaeque sit amaritudinis; Nigram contra, fractuque
contumacem improbat, & talis est hepatica hodierna
officinarum. Plinius loco citato. Erit ergo optima pin-
guis & nitida, rufi coloris, friabilis, ac jecinoris modo
coacta, facile liquefrens. Improbanda nigra & dura, ha-
renosa quoque, quæ & gustu intelligitur. His aliam no-
tam addit Oribasius apud Ἀττιον, quod sit ινδής libo.
II. Α' λίον εὐλέγει τὸν λεπιδόν, καὶ ἀλόην, λειαν, ἡ στέρεωσις,
πυκνὴ τετράγωνη, καὶ ινδρωτος, ιππατίζεσσα, μαδίας ιγραπτω-
μένην, ινδάδη, ιππαταμένη τὸν πικέσσα, τὸν οἰκείωτον καὶ παν-
οκληγόν οἰκείωτες. Aloēn elige puram, non lapidosam, lāvem
(Interpres λάβ) valde splendidam, densam, subflavam, fria-
bilem, hepatis modo coactam (Interp. hepatis colore) facile
humescensem. (interpret. Plinius sequitur liquef-
ensem, non inepta) odoratam, amaritudinis intense. Nigra
vero & valde dura improbat. Hæc Ἀττι, aut Oribasius
potius verba carpit magnus philosophus. Illud, inquit,
ινδή de suo inseruit, quod non extat apud Dioscoridem.

nec convenit illi aloes generi, que tota est *vires* & *virofioris*, ut idem Dioscorides testatur, sed manifestissimum est, Oribasium confundere in iuvenia aloe cum amara purgante. Video etiam Myrepsum in aliquot compositionibus, que aloe odoratam desiderant, pro optimis aloe posuisse aloe in partu, qua nota est aloes amara, non odorata, ut in nardini unguenti tertia embola, zingiberis Bdelii, Thuri, aloes flavae, croci, stactes, oprobalsami. In Graecis aloe in partu. Stultus est, si quis in nardino conficiendo putat locum habuisse aloe hepatica, que nihil habet aromatici. Immo obesis naribus sit qui igni injectam, vel in pulvrem redactam aloe, cum gravitate quadam, suavem emittere odorem non percipit. Atque Dioscorides, inquit idem, totam virofioris esse. Pax fit tanto viro, ad verba Dioscoridis non satis attendit. De viridi loquitur planta, non de succo proba parato. Idem aloe contingit quod coriandro. Hoc dum viret, ac in hortis crescit, teterimum emittit odorem, exsiccatum, suavissime olet. Ita aloes planta virofia est; sed cum succus proba confeccus est, odoratus fit, quod experientia comprobat, & vulgaris novit. Quin aloe odoratam esse, testis est gravissimus Avicennas, cum inquit, Illud quod melius est, est succutrinum, cuius aqua est sicut aqua croci, & odor eius sicut odor myrrae, splendidum, friabile, frangibile, mundum a gypso. Recte & optimè myrrae comparavit, nec est multum distilabilis odor myrrae & aloes; aloes tamen est suavior. Idem Nic: Myrepsus testatur sectione 35. conf. prima. Additur aloe in compositionibus odoratus, partim odoris causa, maximè quod ventriculum, cerebrum, aliaque viscera roboret, ac venenous resistat. Ex quibus conitat Aetium, aut Oribasium aloe & xyloaloem sive agallochum non confundisse, sed aloe cathartica etiam antiquitus inter aromata locum habuisse. Sed (inquit idem Litterator, & Philosophus) quo magis pro certo habeas, utramque aloe veteres confundisse, ecce tibi Aetium lib. xv. qui in compositione antidoti Moscatæ, vel Διαγενέρου inter alias species aromaticas, quibus illa constat antidotum, ξυλαλοήν ἡπατίν vocat, optimè aloes medicamentaria notam transferens ad aromaticam. Αλεύρι, τάχα κελπίς, σαμψύχη, πορφύρας στίχης, κρενοφίλης, κερανός αργειοφύτων, ξυλαλοής ἡπατίζοντος, κεστίας, κέρας, χιτώνιος, δύο μεριμνών. Haec ita scripta sunt in codice Manuscripto; dico codicem hoc loco depravatum, atque legendum ξυλαλοής, αἵρετος ἡπατίζοντος; omessa voce aloe, exscribitis culpa. Utrumque enim & agallochum sive xylo aloe, & aloe cathartica, recipit haec Compositio de Moscho, ut ex Mesue, aliisque præstantibus auctoribus probatur. Videatur diamoschi amari descriptio, quæ extat in Weckeri antidotario speciali pag. 748. Nec Suidas utramque confudit, ut addit idem litterator, cum scribit Αλεύρι εἶδος μυρτιφόρον, θεραπεύοντος, τον ορεγανόν, ξυλαλοήν τον τεττάνον. Illud, εἶδος μυρτιφόρον, ad speciem aromaticam pertinet; quæ sequuntur, propria sunt medicamentaria. Sciat & aloe unguentariam etiam esse. Id ex eo patet, quod corpora quondam aloe & myrrha condirentur, ad quæ haec duo longe præstantissima esse constat. Cadavera enim diutissime à putredine vindicant. De hac aloe intelligenda, cum in Sacra Scriptura dicitur Nicodemum attulisse, μυρτιφόρον καὶ αλοήν, εἰδίτης εἴητον, ad unguendum scilicet, & pollinendum corpus Salvatoris nostri. Sequitur enim protinus, Ιακὼβ ἐπὶ τὸ οὐρανὸν τῷ ιησοῦ, καὶ ἔδοκεν αὐτὸν ὀβολοῖς μηνὶ τῷ αργειοφύτων, τούτοις ιθαῖς τοῖς ιεροῖς ιεροῖς. Certissimum argumentum de aloe cathartica intelligendum, quod Sacra Scriptura junxit aloe & myrrham. Utrumque enim aroma insigniter amarum, utrumque in tenuissimum pulverem redigi potest, utrumque cum gravitate quadam odoratum, utrumque adversus putredinem efficacissimum, nec usque adeò colore, substantiaque diversum. Quæritur an aloe cujus mentio fit in veteri Testamento, sit diversa ab aloe cathartica. Respondent qui in orientalibus linguis sunt versati, uno nomine ambas notari voce aloe, sed quam diversæ eæ sunt, tam diversam nominum originem esse. Nam cathartica Syris علّة اثيوبیس علّة dicitur. Unde sine ulla pronunciationis immutatione nomen Graecū profectū est. Alterius quoq; plantæ nomen, cuius in proverbii Salomonis & Canticis sit mentio, ab Hebreo deductum vel אַהֲלִים Unde colligimus, inquit, vocem unam diversa significantem, à diversa origine praesci. Sed hæc præter scopum. Illud tantum ad nos

pertinet, an aloe cathartica aroma spiret, ac iuvenias sit. Hoc dixi experientiam testari, & unusquisque verum esse percipiet, ni nares, cerebrumque mucro ac pituita repleta habeat. Finem ut faciam; non nego αλόη quantoque agallochum significare, quandoque aloe cathartica: sed hoc assero, non peccasse Aetium quod odoratam dixit cathartica, tum etiam quod in antidotis odoratis addiderit. Si enim myrrham licet odoris causa addere, licet & aloe, utpote flagrantiorē & suaviorem, meis saltem naribus. Illud etiam addo, Graecos antiquiores semper αλόη nomine intelligere catharticam; recentiores modò catharticam, modo agallochum. Agallochum intelligit Herophylus Philosophus in libro τῶν ὀφελῶν Διάγενερος ἡπατίζοντος μηνον, quoniam debet homo nutriti quolibet mense. Inter ιππάριμα intinctus, recenset aloe. Εμβάμματα σινη, αλόη, κύματα, καὶ ορείστατον. Nemo facile crederet, veteres aloe medica, quæ amariissima est, pro intinctu usos esse, & in deliciis habuisse. Videat Lector cap. de agallocho. Optimam aloe, inquit, pingue; qualis est lucida, & socotorina, secca hepatica (de vulgari loquor) calculorum expers, & nitida, lucida & socotorina. Contra Hepatica. ιππάριμον, inquit. Optimè exprefsit hoc Avicennas. Aloes, inquit, est succus congelatus inter rubedinem, & citrinitatem existens. Addit alias notas, quas autoplia in aloe lucida socotorina repertiri testatur. Diversa genera aloes reperi Garcia negat, sed tantum in eo differre, quod altera aloe prius, altera impurior sit. Quod negligentiae adscribit incolarum. Nunc videamus qualam succum in Italia collegit Fabius Columna. Color, inquit, ex citrino cum concrescere incipit, ruffescit, atque concretus magis nigritat, & obscurè, parum rubentem acquirit colorem, concreti sanguinis modo, vel potius hepatis simillimus, translucidus, levis, odore gravi aromatico, sapore amaro admodum ac abhorrendo, & mirum quod manu tantum attrahenti odore, atque illius vapore, ut ita dicamus, inficiatur aere, atque guttur amarum reddatur: in pulvrem, ut Dioscorides notat, digitis confricatus succus, qui probè fuerit arescens, ad minimum usque rammentum facile reducitur: & aqua infusa statim liquefit, dissolvitur, atque citrino evadit colore, eo quo ante concretionem modo fuit. Scribit Dioscorides, gummi & acacia adulterari: negat hoc Garcia. Nemias enim ejus, inquit, est quantitas: sed quod incolae negligentiores sint, in auferendis sordibus, quas hic succus secum trahit, alius alio prior videtur; hanc ob causam minus adhibenda fides Dioscoridis lib. III. cap. xxxiii. & Plinio lib. xxvii. cap. iv. Qui eam gummi & acacia adulterari scribunt. Cum exigua sit in iis regionibus gummi & acacia copia: immo, ut verum dicam, nulla, quemadmodum à viris fide dignus accepi. Illud vero non negaverim, quin translatum, in aliis regionibus adulterari possit. Nec Dioscorides in India adulterari scripit. Potuit Memphis, vel Alexandria adulterari; ubi acacia, gummique copia. Et hæc de aloe. Coronidis vice versum subiungam Nonni. Hic Cap. xix. vers. ccxvi.

Ηλίας οὐκέπιος Νικόδημος

Σμύρναις αἷμην θυεοσται· ἐρυθρίσιοιο οὐκέπιον
Γυδφῆς αἱλόης δογανοτρεφεῖς ἐρν οὐκέρησα

— Venit autem & Nicodemus

Myrrham ferens odoratam, rubri etiam horti
Indicæ aloes germen terræ in arundine nutritum.

Quæritur cur διανοτρεφεῖς dixerit? Vir doctus vult Poëtam exprimere voluisse ιποθεσίον φλαμματος Dionysii, (de quo suo loco) eumque pro calamo aromatico accipisse. Quin & aloe, indicam aromaticam eandem cum calamo indico aromatico facere. Nam διανοτρεφεῖς ιερος, est διατρεφεῖς καὶ λαμπτεῖς, nec aliter potest accipi. Accedit quod agallochum, quod aloes recentiores vocant, Indis calambac, & calambus dicitur. Hæc viri docti est opinio; Sed διανοτρεφεῖς dixit Poëta; quod caulem, seu potius truncum ferat in Indiis aloe, ad instar arundinis. Qualis unus & alter in porticu horti Academicici Lugduni Batavorum servantur. Δοκανοτρεφεῖς itaque dixit, quod colligi ex hoc truncō aloe putavit, uti myrrha & thus ex truncō colliguntur; cum ramen aloe ex foliorum colligatur succo.

Addam

Addam aloës monstrosæ Ayioni ab hinc centum annis natæ, historiam, ex curis, posterioribus Caroli Clusii. Hæc aloë ad hunc usque annum caulem emiserat, caulis ex ea oriri coepit sexto nonas Maij, quæ dies sanctæ cruci colendæ erat dicata, 1599. Hæc intra 45 dies, crevit ad triginta duos palmos, à medio fere hujus caulis ad summum usque ramulos emisit 29 perinde formatos ac brachia candelabrorum quæ illuminationis causa in aulis magnatum suspenduntur, origine recti, tandem sursum recurvi. In quorum fastigio summo valgi enati sunt plurimi, hastulæ regiae valgis non absimiles. Quibus supraem parte hærebant flores crocei, floribusque rosarum capillamentis inhaerentium non dispare. Hoc observavit. Nonnus, vel à quopiam qui viderat, audierat, accepit.

Lotus auctore Theophrasto æquivocum nomen est, formisque plurimis constat. Hujus vocis explicanda est ἡμερονυμία. Lotus est arbor, cuius multæ species sunt, de quibus libro quarto egimus. Lotus etiam est Ægyptia; de qua eodem libro plura ex antiquorum sententia, non nihil etiam ex recentiorum inventione diximus. Est & lotus herba, de qua hoc capite nobis agendum erit. Cyrus etiam loti nomen habet, cuius ideam ac formam supra enarravimus. Loti hæc tria genera his verisiculis Tzetzes histor. chilidae vi complectitur.

Λωτὸν οὐ αγέριαν μὲν καλύπτει τὸ βοτένην,
Καὶ δευδρον οὐ καθέστηκε, Διοδόρος οὐ γεράφει
Ἐν τοῖς τοῖς γαδειρόντε, καὶ τοῖς τοῖς Αἰγύπτοις,
Ποιεῦν καρπὸν οὐκ εναρμον, εἶτα ποιεῖσιν ἄρτες,
Μέμνηται οὐ Ηρόδοτος οὐ περ λωτὸν τὸν Εὐφῆν
Τινὲς λωτὸν τὸ λέγουσι, πικαλαμώδες νείλῳ.
Lotum & agrestam vocant herbam,
Et arbor quedam fuit, ut Diodorus scribit,
Et locis Gadirenum, & locis Ægypti,
Faciens fructum ut fabam, ex quo faciunt panes.
Meminit & Herodotus quem lotum nunc dixi,
Quidam autem loetum dicunt quippiā canosum in Nilo.

Lotum arborem & lotum Ægyptiam confundere videatur. Videat lector quæ supra dicta sunt. Lotus herba alia est sativa, alia est sylvestris, & tercia est quæ melilotus dicitur. Loti nomen accepit à voluptate, ab antiquo verbo λαῦ, quod significat θλω, ιπθυμῷ, βλίπω. Volo, expeto, desidero, video. Plinius lib. XXII. cap. XXI. *Lotus qui arborem tantum esse, vel Homero auctore argui possunt. Is enim inter herbas subnascentes Deorum voluptati, loton primam nominavit. Nam de Jove & Junone loquens Homerus, ait Iliad.*

Τέτοιος δὲ οὐτοῦ χθῶν οὐδὲ φύει νεοθηλέα τοῖν
Λωτὸν θέροις έντεινε, οὐδὲ κρόκου ηδὲ υάκινθου.
Quos subter terra diuum procreavit novam herbam
Locumque roscidam, crocum, & hyacinthum.

Videmus inter flores quos Homerus facit subnascentes voluptati Deorum, primum obtinere locum lotum, eamque roscidam vocare, Alibi meliota vocat, ubi equi ἵπποι μελιδες λωτοι, equi commedunt melle dulcedine lotū. Quo nomine, inquit Maximus Tyrius, Homerus alicubi demonstrat voluptatem. Lotus quoque principem locum obtinet inter eas herbas, quas Apollinis & Musarum prata gignunt. Hinc apud Homerum metaphorice hoc vocabulo deliciæ verborum sæpe significantur, & scientiæ oracula, nec non eruditis sermonis venustas. Philostrophus μέρη τὴν γνῶμην, τὰς δὲ λόγιας & τέτες μέτοι, μέλι καὶ πᾶν ὃ πέτρα τὸν στον μετωνοτε τῇ Αἴπολων οὐ λεμάνιον ξεύστον. οὐ φέρει δεσφύλακαν οὐ πάντας την δύνατον λωτὸν, τοιούτοις τείφασον οὐτε τὴν ιαυτὴν ψυχὴν οὐτε τραχαῖς. Philosophus quidem mente, at sermones non hos tantum, verum etiam quicquid vult eorum quibus abundant prata Apollinis & musarum, à quibus descripta omnis disciplina loto veluti verna aliqua coronaria animum excoluit. Quin etiam lotus tanto fuit in honore & deliciis, ut crediderit antiquitas hortum fieri floridum, si loto protrita, & in aquam conjecta totus conspergatur. Geponicus auctor lib. XI. cap. VI. εἰσβαλλει τηγανηθεῖσι εἰ λωτὸν καψαν οὐτοις ιμβαλλον εἰς ὕδωρ καταρράπει: Floridus fiet hortus, si loto tusa, & in aquam conjecta eum resperferet. Coronariam etiam esse plantam ex Theocriti Eidyl i, observari potest.

Περίτη τοι σεΐφανον λαζή χαρακὰν αὐξυμένοιο
Πλείσαδες σκιρεῖν καὶ θήσαμέν εἰς ταλαστάνισσαν.

Prima tibi coronam ex humi nascente loto
Nescientes in umbrosa suspendimus platano.

Et de his quidem satis. Loti sativæ historiam Dioscorides ita prætermisit, ut vix unam alteramve notam ex illo colligere possumus. Hæc lib. IV. cap. CXXV, de loto habet. Λωτὸς οὐ μηρός, οὐ καὶ τελιφύλλος, φύτης οὐ τριφύλλος, οὐ καλαμάτης οὐδὲ ιπποτρύπτης τοις χρέοις δοντερώδης. Lotus sativa quam aliquis trifolium vocant, nascitur in hortis. Expressus ex ea succus, addito melle argema, nubeculas, albugines, ceteraque via caliginem oculis offendit, discutit. Theophrastus lotum inter ea numerat, quæ caule, non radice sunt foliata, id est, quæ in caule folia habent, nec humili sparsa sunt. Idem etiam eodem lib. VI. partim primo, partim altero à satione anno provenire auctor est, & lib. IX. inter aromata numerat. Hæc si de loto sativa intelligi debent, aliquas notas habemus. Ut autem quæ lotus sativa sit, sciamus, necesse erit subjungere sylvestris & meliloti historiam. Variant enim in hoc Botanici. alii vulgarem melilotum pro veterum, alii pro sylvestri loto, alii pro urbana habent. Et sic quæ ab aliis urbana, ab aliis sylvestris dicitur, & contra. Sylvestrem loton his verbis lib. IV. cap. CXXII. describit Dioscorides; λωτὸς ἄργειος, οὐ διάβολος καλλίποτος, φύτης οὐδὲ τελιφύλλος, οὐ καὶ μετέντα μακράλις ιχθύος πολλαῖς. Φύλλα οὐφύλλα, τοις οὐ πορρηπότεροις γενεράτορις (magnæ autoritatis historicus, & litterator legit λωτὸν τοις τελιφύλλοις, putatque Dioscoridem λωτὸν τελιφύλλον appellare trifolium pratense, ac vulgare. Atqui Dioscorides varia quidem trifolii nomina recenset, lotum tamen vocari non scribit. Vox λωτὸς superflua est. Apud Oribasium enim legitur, φύλλα οὐφύλλα τελιφύλλα τοις πορρηπότεροις, &c. Sic medicam trifolio comparat pratensis lib. 2. cap. CLXXXVII. lotus inquit, μέρη δὲ φυσιόρη τελιφύλλος τοις οὐ πορρηπότεροις, dum recens entrumpit, trifolio in pratis nascensī similis est) αὐτούς ιονός πλατι, μικροπεριγένη πολλαῖς, φαρμακώδης οὐ τη γένος, &c. Sylvestrem lotus quam alii libyon appellant, plurima in Libya nascitur, caule cubitali, aut etiam majore, aliis multis, foliis trifolii pratensis (vulgatam si sequamus lectionē, lotus trifolii pratensis). Sanè trifolium pratense dictum esse, ex Hesichio probatur, cum inquit, λωτὸς οὐδὲ διάδει, οὐ πολλαῖς ιονός τοις πολλαῖς φύλλοις. lotus & arbor, & herba, sed peculiariter quod in pratis nascitur. Oribasius tamen λωτὸν non legit. Ruellius etiam codicem securus est, in quo lotus non habetur) semine fanigreci, ac minore multo, gustu medicato, &c. Meliloton lib. III. cap. XLVIII. describit Dioscorides. μελιλωτὸς καρφόποτος δάτη πηκτός, οὐδὲ οὐ καλακηδόνης τελιφύλλος, οὐκοτέλεστος φύτης οὐδὲ οὐ καρποποτανός οὐδὲ Νόλαρ μητιζώντος οὐτοις τοις ιναδιαταράσσοντος ιαντοις συστηνόν, &c. Melilotus laudatissima que in Attica, Cyzico, & Chalcedone nascitur, quæ quidem croco similis odorataque est. Nascitur & in Campania circa nomam, in luteum colorem vergens, & odore insfirno. Vim habet adstringendi. Describit & Serapio meliloton cap. XVIII. sed luculentius quam Dioscorides. Achilemelich, id est, corona regia, Isaac eben amram, alkilemelich, est herba quæ habet folia rotunda, viridia & ramuli ejus sunt subtiles multum, & foliata & fructus habens vaginas subtiles, rotundas, sicut virga puerorum parvolorum. & sunt in iis grana pauca, glauci coloris, rotunda, minoræ grani sinapis, & quod ex eo administratur sunt illæ vaginæ, cum eo quod in iis ex granis. Dioscorides, Est ex meliloto, habens colorē croci, boni odoris, & est ex eo quod aequaliter similitur fanigreci. Duo meliloti genera ab illo describi, verba ejus satis indicant. Primum croco simile, odoratumque. Alterum odore imbecillo, sed hæc à solo aequaliter reque differentia. Alterum enim in Campano, alterum Attico agro provenit. Atticum melilotum Serapio inquit colore esse croci. Plinius verò odore. Vetus merge Plinio favet. Addit enim θερμοῦ. Serapioni Oribasius cum ζεχία κερκίων inquit. De meliloto hæc Plinius lib. XXI. cap. IX. Meliloton (in neutro genere, Græci & alii foemino) quod sartulam campanam vocamus. Est enim in Campania Italiae laudatissima, Græci in Sunio, mox Calcidica & Cretica ubicunque verd aspera & Sylvestribus nata. Coronata ex hac antiquitus facilitas indicio est nomen sertula, quod occupavit. Odor ejus croco vicinus est, & flos; ipsa cana, placet maxime foliis brevissimis atque pinguissimis. Idem ca. XI. Melilotos ubique nascitur; laudatissima tam in Attica. Ubicumque verd recens nec candicans, & croco quam famillissima, quamquam in Italia odoratior & candida. Multa hic sunt notanda, ac primum quod ait optimam in

Campania, mox laudatissimam in Attica. Quod conciliari facile posset. Nempe, duobus illis locis optimam esse in Græcia Attico agro; in Italiam Campano: sed quod Campanam Attico præfert excusari non potest. Quomodo in Campano optima, *περισσης την ιωνιαν*, inquit Dioscorides. An legit Plinius *ιωνιαν την ιωνιαν*? an vero *και ειωδης φυτης οι οινομανια και η μηλιαν μηλιζων*, Vulgata lectionem defendit Oribasius. Veresimile, Plinium ad Anagnostes verba non satis attendisse, vel properanter & oscitante hunc Dioscoridis locum legisse. Atqui hic primus error. Alter quod odori adscribat, quod colori adscribendum erat. Quæ enim illa tautologia, odore croci, & oderatum esse? Quasi crocus non satis *ιωδης*. *Κριζιζων* de colore, non odore dicitur. Idem etiam Plinius pro *κυζικων* legit *Sunio*. Vulgata lectio Oribasii auctoritate munitur. Cyzicus, sive cyzicum insula est in Propontide, duobus pontibus juncta continent, habens urbem ejusdem nominis; moenibus, arce, & turribus marmoreis. Cyzicum Bithynia civitas nobilis. Sunium Atticae promontorium est, ut scribit Plinius lib. iv. cap. vii. Verisimilior vulgata lectio. Nam Dioscoridis verba satis indicant illum loqui de regione, aut urbe diversa ab Attica. Mox Calchidicam & Creticam præstansim inquit; post eam nempe, quæ in Sunio nascitur. Codices vulgati habent *κρατινηδην*. Optimus & vetustissimus liber (ut Claudio Salmatius scribit) habet *κρατινηδην*, pro *κρατινηδην*. Oribasius *κρατινηδην*, Carthagine. Urbs notissima. Utra lectio sequenda lectoris relinquo judicio. De Cretica meliloti nihil Dioscorides, nihil Oribasius. Non dubium est, quin & illic laudabilis. Cui odoratiora sint quæ siccis asperis locis proveniant, docet Theophrastus lib. iv. cap. xxii. de causis. Coronas ex melilito factas antiquitus ait. De his Cratinus apud Athenæum lib. xv. Deipn. Σὺ δὲ γαστερίσι κύριλλος ἐ μητὶ ταῦτα ἔπει
θέμιν, οὐδὲ τὸ κορονιόν εἶπες τὸ μελιλοτον τοῦτο οἷς φεύγει μελιλοτον,
ἴστει δὲ στ. ὅρῳ ἔχοντος τὸν γαστερινον, Εἰ. Τον νερόν Cynulce, exple-
ventrem, deinde nobis explana quidnam sit, quod de melili-
to dixit Cratinus, his verbis τούτοις οἷς φεύγει, i. ut interpres,
semper muniente caput meliloti stupatur. Nam quandoquidem
ἴστον temulentum te jam video. Ad hunc locum re-
spondet Hieronymus Mercurialis, οἷς φεύγει vocasse me-
liotum, quod coronis ad sedandum ebrietatis fervo-
rem institutis melilotum miram præstabat operam;
quandoquidem in tertio ejusdem Athenæi libro legi-
tur. Οὐ πιειλάπτοις σίφηνοι παντὸν ιωδης, ιγι καιωνος ωρα
ψυκτικοτοι. Qui igitur apud Cratinum semper custo-
dem melilotum dixit, nil aliud, mea quidem sententia,
significare nobis voluit, nisi quod ejus herbae potestate
semper ab ebrietate custodiretur. Sed hanc opinionem
refutat vir in literis exercitatissimus, his ferè verbis.
Hunc μελιλαβον Cratinus οἷς φεύγει ἐπιθετικῶς dixit; non quod
ab ebrietate caput custodiret, ut perperam argutatur Mer-
curialis, qui cum meliloto Ægyptio confundit; sed quod sem-
per viridis maneat. Hesichius οἷς φεύγει, οἷς Δερινο. Sie
ιμφυρος Xenephonti non qui aliam servat & custodit, sed
munitus & tectus manet. Et huic sententia fayet Theophrastus lib. vi. de causis cap. xxii. δια μελιλατον ιωδη-
τον τον γαστερινον Δερινον. Melilotus ad multum tem-
pus odorata permanet. Potior tamen mihi Mercurialis vi-
detur sententia. Constat enim ex Plutarchi, Athenæi,
aliorumque historia, veteres coronis maximè usos,
vel ut sese munirent adversus ebrietatem, vel ut ca-
put à vini vaporibus acrioribus defenserent, vel ut
eosdem ad cerebrum delatos discuterent. Ad pri-
mum non parvam operam præstat melilotus. Pollet
enim adstringendi & reprimendi vi. Et hanc mentem
convivatorum esse apud Athenæum puto. Sequitur
enim, ιντει δια ποστων λεχθετων μελιλατων διπλειστην κελινην ειντην
και την αλιξιδην διδηνην. κυδαιον σεφαιωθητην σεφαιον ιεπαι-
σαι την αυτεπδιον, Εἰ. Quoniam vero nihil respondet, tot
verbis provocatus, exigi convivio illum jubeo, tumultuaria
corona την κυδαια cinctum. Et certè non Mercurialis, sed
Athenæus loti Ægyptii & meliloti historiam confudit.
Quæ enim de coronis inquit, ea de meliloto, cætera de
loto Ægypti intelligi debent; quod rectè percepit Mer-
curialis. Alia in verbis Plini majoris ponderis exami-
nanda sunt. Meliloti folia brevissima ac pinguissima esse
ait. Addit Serapio rotunda & viridia esse. Talia sane
spectu non sunt injuncta. Rectè itaque Plinius. Diosco-
rides folii ligustici comparat lib. iii. cap. lviii. οἷς
οι (καιωνοι) φύλλα ιονιζα τοις τοις μελιλατον; την φύλλην οἷς ιοι
ιωδην. Circa quem, folia sunt meliloti, at teneriora, & ode-
rata. Et hac de causa dubito, an Arabum & Græcorum

melilotus eadem sit. Et sane botanici multi dubitant; nec sine ratione. Nam Græci flores, Serapio fructus usum habere scribit. Præterea Serapio folia esse inquit viridia, Plinius herbā ipsam canam. Μηλιζων, Plinius odo-
ratissimam & optimam habere melilotum, inquit, quæ
de colore, vel, ut ante, odore croco sit simillima. In Italia
tamen odoratiorem esse candidam, hoc est την μηλιζων.
Quod est præter mentem Dioscoridis; cui color μηλιζων
est luteus, à malorum colore, croceo dilutior. Croceus
enim magis rutilus est, & acutior. Porro notandum in
antiquissimo codice reperi, μηλιζων pro μηλιζων, id est,
fænigræco odore vel colore similem esse. Et hanc lectio-
nen secutus est Serapio. Vulgata tamen magis arridet.
Nempe dilutiore colore esse quæ in agro Campano na-
scitur, intensiore quæ in Attico. Videamus an ad re-
centiorum cognitionem pervenerit melilotus. Vulgaris
melilotus, sive qua officinæ passim pro meliloto utun-
tur, quam trifolium equinum, & caballinum vocant,
quod ab equis in pabulo avidissime expetatur, an fit
Serapionis, in dubium vocari potest. Folia enim non
sunt parva, nec viridia, sed trifolio aut fænigræco simi-
lia, candidiora, per oras lentè ac minutè fibrata; cu-
jus tamen iconem addidimus, per circumferentiam fo-
lii non est crenatis, alioquin vulgato similis; nec fructus
fert, sive vaginas subtiles, rotundas, ad instar virgæ
pueri, in quibus grana glauci coloris, rotunda, granis
finapi minoris. Verum semen fert, in exiguis latiusculis
filiisque, parvum, colore pallidum. Flore hoc genus melili-
oti est luteo, quandoque albo. Cum Græcorum melilotu-
non male huic convenit; folia enim cum ligustici foliis
non inepte comparari possunt; nisi quod teneriora sunt.
Flores sunt lutei, alibi albi, alibi delute lutei, & pro loco-

Melilotus Vulgaris.



rum diversitate magis, minusve odorati. Virides sunt, odore sunt infirmo, plenius resiccati odoratissimi;
quam odoris bonitatem & intensionem ad multos ser-
vant annos. Quod Theophrastus de meliloto observa-
vit lib. 6. de cauf. plant. cap. xxii. & xxii. Facultates
etiam quas Græci adscribunt habet. Sed de iis in notis
ad Dioscoridem. Interea legat lector, quæ Dodoneus
de hujus facultatibus recenser. Cum Serapii descrip-
tione melius quam cum Græcorum convenit Syriaca me-
liotus ab Adversariorum autoribus descripta. Fruticat
copiosius, ramosisque caulinis hinc inde deflexis, cubi-
tum altis, geniculis crebribus distinctis; unde emicant
folia

folia in pediculis terna loti, melilotique communis, minus acuta, nec multum serrata: (sunt etiam minora multo, & aliquo modo incana) flores lutei, pallidi, sti-
pati certa serie & modo, ut in securidaca aut astragalo, in summo vaginulae hamatæ; in latiori basi in mucronem ad uncum excent, rostri psittaci non disparem, (filique tamen rotundæ, vel teretes dici possunt) semen scenigræci compressius, (rotundum Sefapio) exilius, odore meliloti Germanicæ vel Gallicæ, sed multo fragrantiore, etiam in decennium perdurante (vel ut in Belgica editione legitur, in decimum quintum annum.) Sata Patavii, quasi foli nativi oblitera, non nihil corniculus minus falcatus, lunatis, & ignaviore odore degenerat. Dodonæus trifolium corniculatum alterum vocat, fateturque maximam cum descriptione Serapionis habere similitudinem. Aliam plantam meliloti Serapionis nomine ostendit Alpinus lib. I. de plant. exoticis; cuius figuram tabella addita ostendit. Nobis, inquit, itidem ex Cretico semine, meliloti nomine accepto, nata planta trifoliacea, que à radice gracilis, longa, tenui, lignosa, in aliquot radiculas divisa, fert caulinulos longos, graciles, foliis viridis, trifolii corniculati Cretici similibus; sed in longius porrectis, vestitos, terræ stratos, ac veluti luxuriantes; in quorum summitatibus bini sunt flores lutei: trifolio falcato, magnitudine & figura similes, odorati; à quibus bini corniculi recti succedunt flavescentes, semina parva, minuta, rotunda, flava continentes, gustu primo subdulces, mox cum modico calore modice adstringentes. Utra rectius cum descriptione conveniat, judicio lectoris relinquam. Alpini semina minus glauca; Lobelii ac Penæ minus rotunda. Neutram Græcorum esse melilotum probatur, quod folia ligustico non satis sunt similia, tum quod virides suaviter spirent: Theophrastus vero exsiccatam melilotum odoratam, viridem inodoram esse scribat. Qui mentam Græcam, sive corymbiferam melilotum Græcorum esse statuunt, multum à vero aberrant. Nam à ligustico folium hujus, longè diversum (imperatoriam non esse ligusticum, ut illi statuunt, ipsa autopia satis docet) Deinde cum viret, odorata est, nec dum exsiccatur intenditur odor, sed remittit; nec circum spirat, id est, suaveolens admodum, sed cum quadam gravitate naribus, saltrem meis, non valde grata. Gesnerus urbanam lotum putavit, trifolium esse quod in pratis nascitur, & alibi provenit; eo motus argumento, quod Dioscorides trifolium vocari scriptit. Fortassis etiam quod Homerus ab equis libenter vesci, memorare

prodidit. Errare virum magnum probatur; quod à Dioscoride loto sylvestri folia pratensis trifolii tribuantur. Nam si Dioscoridi fuisset lotus sativa trifolium prætense, in pratis eam, non in hortis nasci tradidisset; atque satis fuisset, lotum sylvestrem sativæ similem reddere, omissa trifolii pratensis mentione. Nec caule constat foliato, uti Theophrastus hoc lib. II. cap. XII. docet. Inter ea quæ humi sparsa folia habent, rectius numerari debet.

Porro magni Botanici lotum sativam credunt esse melilotum vulgarē, jam à nobis descriptam, ac pro sylvestri loto habent herbam, septem temporum dictam, quod septies in die, dum viret & crescit, odorem mutare creditur; quem amississe & denuo recepisse singulo die arbitrantur. Unde & Batavis seiven getijden huius dicitur. Alii contra hanc pro sativa loto ostendunt; quam opinionem probabiliorem puto. Hæc enim in hortis serio colitur; quamquam in Bohemia & aliis locis in pratibus nasci scribant. Mulierculæ nostrates balsamum vocant, vel quod vulneribus medendis efficacissima sit planta, vel quod eximia odoris sit, gummi elementum redolentris. Lorus sylvestris, sive Libyon quæ sit, me ignorare fateor, exspectabo donec quis ex Libya miserit.

Hæc de loto sint dicta. Unum addo, nos ἀνὴρ μέλιτης οὐτος, quod interpretantur mel frugum, (quomodo panicum appellasse Dioclem medicum testatur Plinius lib. XXII. cap. XXV) legere μελισσην, vel μελισθην, & interpretaride loto sativa. Sed prius magis arrideret, quod melilotos inter loti genera recenseri debeat, cum à quibusdam quasi non pertineret ad loti historiam, inter alias plantas recenseatur. Deinde quod ob odoris suavitatem, tum etiam saporem in re cibaria, non ultimum mereatur locum; quamvis nunc in usu medicamentorio tantum recipiatur, ac ab equis, non hominibus experatur. Accedit quod non eadem desideret loca. Nam & humidis, & siccis, frigidis, & calidis, scabris, arenosis, pinguibus æquè provenit. Nonnulla, inquit, quamvis generibus sint paucioribus, tamen non minus discriminis fortiri ait, ac inter ea solanum numerat, de quo libro non agam. Ac ita finem huic libro septimo impono. Fauxit deus Opt. Max. ut reliquos ad sui nominis gloriam, animæ nostræ salutem, proximi nostri commodum feliciter & cum laude absolvamus. Ita precor in nomine Domini nostri Salvatoris Jesu Christi, cui laus & gloria in æternum summa.

506
THEOPHRASTI
DE
HISTORIA PLANTARUM
LIBER OCTAVUS.

K E Φ. A.

C A P. I.

*De frumento, & frumentaceis. Eſſeque frumenti tria genera. Sementis vero duo tempora.
Quæ mature ſerere, quæ ſero oporteat. De tertio ſerendi tempore. Quoto quaque die à
ſatu erumpant.*

Satis de cæteris herbaceis diximus. Nunc de frumento, univerisque frumentaceis agamus, modo quo superiora tradidimus. Hoc enim reliquum in herbaceis generibus est. Frumenti prima & maxima genera sunt duo. Sunt enim alia Frumentacea, ut triticum, hordeum, tipha, & semen, & reliqua quæ tritici **Zea**. hordeive specimen quodammodo gerant. Alia chedropa appellata: ut faba, cicer, pisum: atque in totum, quæ legumina vocitare solemus. Adde tertium genus, **Milium**, milium, sesamum: & ad summam, quæ in æstivis sementibus communi careant **Milium**, appellatione. Horum omnium generatio simplex, & una est. Quippe proveniunt semine tantum omnia, nisi quid rareretur parçequæ radice profiliat. Sementis autem duo plurimum tempora notantur. Sed primum atque potissimum, quod circa Vergiliarum occasum accipitur, quod Hesiodus & maxima ferè pars auctorum secuta est; quamobrè tempus id per excellentiam satum appellariunt. Secundum quod vere incipit post brumam. Sed non eisdem datur utrunque. Alia enim maturè seri desiderant, alia serò, quod hyemen nequeant tolerare. Sunt tamen quæ satis feliciter tempus utrunque ferunt, hyemem scilicet, arque ver. Maturè seruntur, triticum, hordeum, quod etiam maturius seritur. Item **Triticum**, **Hordeum**, & si quid aliud tritico sit simile. His etenim omnibus idem penè tempus ferendi statuitur. Ex leguminibus verò faba & milium (ut ita loquar) maximè maturè seri exponscunt. Hæ enim suæ debilitatis gratia, radicationem hyemi anticipare desiderant. Lupinum quoque maturè seritur: post aream enim serendum protinus censem. Sera illorum satio est, quæ in genere discrepant; ut tritici genus quoddam & **Cicer**, ordei, quod trimestre appellant. Quoniam per tantum temporis perfici possit. Et in leguminum genere lens, aphaca, pisum. Tempori utrique dantur ex leguminibus ervum, cicer. Sunt, & qui etiam fabam sero audeant ferere, si minus primis satibus expediri potuerint. Simplici tamen ratione dicendum, alia sui roboris causa seri maturius poscere; ut quæ hyemem tolerare facile possunt. Alia ob debilitatem idem requirere, ut clementia temporis incrementum assumere queant. Igitur tempora duo illa in primis notantur. Tertium vero additur quod æstivis attributum retulimus, quo militum seritur, & panicum & sesamum, item **Erysimum**, **Erumpit**, **Horminum**. Hæc ferendi tempora singulis statuuntur. Erumpit autem aliud celerius, aliud tardius. Hordeum atque num.

κυάμων κύαμον δὲ καὶ τῶν σπωδῶν ἐν τοιστοις.
ἐνακχεῖται καὶ πεντεκαθηκατῆται. ὅπερ καὶ εἰσερχεται
διησφύεστον χωρὶς τὴν τοιστοις τοιστοις.
τὸν δὲ πανταλόναν οὐδὲν πέπισται, καὶ παντελῶς. εἰ τοῦ
τοῦ τοιστοις δρόποις θάψον ή ἐκφυσίσθαι τὰ
ώραν, σκεπτέον. Καὶ τοῦτος αὐτοῦ λαζήνης, καὶ τοῦτος
φύσης ταῦτας οὐδὲν πέπισται τὰ διαλαβεῖν. εἴναι τοῦτο
ἐνακχεῖται καὶ ἐλάτησιν ἡμέρεσιν, καθάπερ ἐν Αἰγαίῳ.
τελπάμενον γάρ Φοῖς καὶ πετερτάμον αὐτοῖς λαζηνούς.
παρὰ ἀλλοιούς δέ, οὐ τοιστοις τὴν εργαλεῖν. ὅπερ καὶ σὺν ἄλλοιον,
ὅταν καὶ κώρεις Εἰ αὖτε διαφέρει, καὶ πεισμάτερον ή
οὐ φαίνεται διάστημα. Εἰ τὰ πέπιστανόμδητα * ωχόμοιο
αἰνέοντα Scal. τογχάνει η μὲν γέρμανή, καὶ καύφη, καὶ τὸ δικράνω
τὸ ικνέλεπτην Ald. αὔρη, τεχνὴ καύραδίως αὐτοῖς λαζηνούς η γλίζεια καὶ
Βαρβάρα, Βερδεως· η δὲ τοῖς τοιστοις αὐχιμωδεσέρεια
† Βεργάδηπερ † Βερδεως. ἐπειδή αὐτοὶ καύματες πέπισταν καὶ αὐχι-
μοί, καὶ εύδιαι, καὶ πάλιν υδαταί. Εἰ χωρὶς τοιστοις πολὺ^{τοι}
ωδιαλλάσσονται. ὡσάντως δέ καὶ εἴσαι η γῆ οὐς περιεισχο-
σμένη, καὶ τοιστοις ἔχουσαν τογχάνει. Εἴσαι μηδὲν τοιστοις.
ἐπειδή δέ πρωτοπορεῖν ἔκαστα Εἰ διστορεῖν, αἱ
κώρεις διαφέρεσσιν ἔνοιο δέ τοιστοις Ελλάδα ταῖς
πρωτοπορεῖν εἰώθασι διὰ πυχρότητα τοῦ κώρεων.
ωπεροὶ Φωκεῖς, εὐωας αὖτοι καύματες μηδὲν πακα-
ταλαμβανόστι.

cum die plurimum septimo, sed magis hordeum fe-
stinat. Legumina quarto die, aut quinto proveniunt,
fabis exceptis. Faba enim intra dies plures etiam
quam frumentacea exit. Quibusdam enim in locis
vel in die quintodecimo, alias etiam vigesimo. Hac
enim difficillime omnium provenit, & si hac semi-
nata, imber frequens succederit, proventu omnino
difficilis reddetur. Si haec verò tempore verno se-
rantur, an celerius proveniant cogitandum. Proven-
tus autem exortusque dictos quatenus summatim
dici potuerunt, ita fieri putandum. Nonnunquam
enim, & quibusdam in locis vel intra pauciores dies
confici possint. Sicut in Ægypto tertio quartove die
provenire affirmant. At apud alios, vel pluribus quam
retulimus est opus. Nec temere id evenit, cum & tel-
lus, & ccelum discrepent: cumque maturius seriusve
aratum est. Et quæcumque supervenerint diffimilia
fiunt. Tellus enim rara, & levigata, & benigno ccelo
subjecta, celeriter ac facile reddit; lenta vero, &
ponderosa tardè, & quæ siccitate laboret, tardius.
Item si hyems aut siccitates, serenitatemque nimiae
supervenerint, vel e contra imbres immodici in-
cesserint † res longe tardius agetur. Ex his
enim summum discrimen. Pari modo & si solum sit
cultum † simoq[ue] refertum, vel si nihil ejusmodi
actum sit. Nam & mature sero[rum] serendo quodvis, † Et stereco-
loca differunt. Qua de causa nonnulli Græciæ in-
tarum.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

In fronte octavi libri ad modum commentarii verbale-
guntur Grammaticis solennia, i.e. Sententiae due, u-
traque indigna viro in Philosophia exercitato. Prior hæc
Andronici judicio librum bunc inscribi, ἀεὶ φυτὶ iστέας.
Quo nihil insulsius excogitari potest. Quippe universi ope-
ris titulus est. Altera est Hermippi, nihil melior, ἀεὶ φεν-
τακτικός, καὶ πωδῶ. Cum tamen expedita sint τὰ φεντακτικά.
Ἐ τοῦτο σπουδῶ, Id quod ipsummet profitentem audias,
agat.

Δύο τῇ αὐτῇ γάρ μεταξει τυγχάνει. Theodorus addit, prima, Sanè si sint maxima, prima quoque sunt. Recte ποικιλός, καὶ πολυχώρος negotium plantarum dicebat. Nam στίχοι partitū in αισθήσεις, οὐ χεροπά. Sanè omnis species obtinet ex genere. Omnis enim homo ζωὴς. Itaque etiam equus, οὐ alia. Ergo etiam χρεῶπα, στάδη. Et tamen distinguit differentia specifica τα χρεῶπα, καὶ τὰ στάδη. Nominis quoque caruit tertia species, sib qua milium, οὐ sesamum comprehendit. Aded enim diversasunt, ut nequaquam proxima natura contineri posse videantur. Fruges summum genus à Latinis appellatum, satis constat. Aded ut Iureconsulti quidam etiam ad uvas, etiam ad sylvas cœduos, etiam ad cretisodinas, atque spicidinas diffuderint. Quos recte castigat Julianus, qui à pomis aufert appellationem. Verum idem male frumentū definivit, quod arista in se tencat. Aristam posuit p. Non enim cuiusvis frumentacei generis spica aristosa est, οὐτε milium, surgum, panicum, quæro apud Julianum neque spica, neque filiqua constet, quid sit.

Ita habes errores, & Galli, & Servii, & fortasse Alpheni.

Aegro, Theodorus interpretatus est, Satum. Et addidit, per excellentiam.

Kvapō, καὶ κινητό. Theodorus omisit, κινητό. rectissimē. Neque enim inter κινητά est.

*Tesiātū. Corrigē, τιμων. Baltharicum Vascones vocant.
Αφάκη. Quare Theodorus non verterit Vitiam, quædere
poterit.*

O's & Δυνάμεως φίσαι. Dele negationem. Fit enim, εἰς
ιγύρο.

Ei i^{us} q^{ui} in tuis ei^{us} regniis. Theodorus retulit ad omnia: ad fabas
alius plectaret. Mibi placet, omnium, quae utrumque tem-
pus admittunt, fieri comparationem. Quia mox etiam lo-
corum commoditates inter se confert.

A ὁμοια των κανόνων, λέγε: οὐδὲν αὐτὸν ἀργεῖται· οὐδὲν μάλιστα συγκρίνεται μεταξύ τοῦ θεοφίλου καὶ τοῦ βηγού. Εἰς τὸν δὲ πατέρα τοῦ θεοφίλου, οὐδὲν αὐτὸν συγκρίνεται μεταξύ τοῦ θεοφίλου καὶ τοῦ βηγού.

Et dicitur καὶ οὐκέτι. Theodorus addidit de suo, Res longe tardius agetur. Pessimè. Neque enim una tantum causa est hic numerata, sed diversæ. καὶ μάλιστα, ἀναγνωρίζεται τοῦτο. Quare non est tardius: sed communiore voce, προσθέτησθαι mutatur ratio omnium. Aliis alter, ἐγγράφεται, εἰς τὸν κώμην, fimo refertum. Refertum? Praestat non ponere si-

Mm, quam nimium aggerere. Simpliciter stercoratum.
*Mn mtr. Lasciva vox; sicut infra, *Degenerans* j. t. *Aggr.**
*Anomia et *Concupiscentia* *Rbilis* sibi.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Prioribus libris de arboribus, fruticibus, suffruticibus, & herbaceis egit praeceptor, & quidem de herbaceis libro praecedenti. Hoc libro de leguminibus, frumentaceisque se dictorum promittit. An itaque legumina & frumentacea non sunt in herbarum genere? Omnia sunt. Et hoc quidem etiam docet praeceptor *τοῦ ἀλλα τὸ πωδόν*. Hic itaque est sensus verborum. Hactenus Historiam herbarum recensuimus, quæ olera, & ad olera pertinentia continet: nunc herbarum historiam enarrabimus, quæ complectitur frumenta legumina, & frumentacea, hoc enim reliquum.

Ago &c; Frugum duo maxime genera esse, inquit, fru-

mentacea & chedropa sive legumina. Addit tertium quoddam ab utroque diversum, quasi inter utrumque medium. Sed quod huic nomen sit, non docet. Columella sub leguminum genere complectitur. Sed singula examinabimus. Hunc locum Plinius lib. **XVIII.** cap. **VII.** His fere verbis exscripti. Et quoniam præparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera: frumenta, ut triticum, hordeum: legumina, ut faba &cicer. Ad hujus exemplum ~~et~~, exposui fruges. Scio multos esse, qui frumenta frugum nomine non censenda contendunt; sed sola legumina illud nomen habere, & sic frumenta à frugibus discernenda esse.

Sed hoc refellit Servius , & probat , frumenta , fruges dicta esse ex Cicerone , cum olei & minutarum frugum de leguminibus diceret. Minutæ fruges frumentum & legumen sunt ; majores arboreæ . Nam arbores fruges dixit. Cornificius arborarios fructus . Ammianus Marcellinus 1.24. Litteribus proxima Persis habebatur , minutis frugibus diversis & Palmite . Per miutas fruges intellexit frumenta & legumina . Sic frugū nomine loco citato ex Theophrasto Plinius . Frumenta , inquit , Servius , dicuntur quæcumque emittunt aristas . Varro lib. 1. de re rust. cap. XLVIII . In segetibus autem frumentum , quod culmus extulit . Ergo milium etiam inter frumenta centeri debet . Sed de eo mox . Χιδρόνα dicuntur legumina & cerealia omnia quæ manu leguntur & carpuntur . Aristophanes Gram . χιδρόνα τὸ πηγὸν αὐτοὶ εἰπεῖσθαι , τοῦ δὲ τὸ ἔτη καὶ ἀνὴρ δίπισθεν . Chedropæ ab aliis ospræ dicuntur , quod manu decerpantur . Idem fere Nicander in Theriacis ; nisi quod ὄψεια & χιδρόνα disjungere videtur

Χειροδρόποι δ' οὐα φῶτες ἀπὸ δρεπάνου λεγονταί
Οὐα ελαχειροπά τάλλα μεσιχλίσ εντὸς αράρης,

*Agricolam, si quando manu cerealea carpit
Semina; Et è terra sine falce legumina velit*

χεδραπά τamen & ὄωτει idem sunt : Nec Nicander, nec Theophrastus ut quidam putat, disjungit, si bene ad verba attendatur. Dicit Nicander, ὄωτει χεδραπά dicta, quod manu legantur & carpantur. Sic nec Theophrastus disjungit, cum ὄωτει μὴ ὄωτει inquit. Hoc vult, Chedropa, sive leguminasunt pisum, faba, cicer, & reliqua quae ospria dicuntur. Non dixit chedropa, ut tautologiam vitaret. Quæ sint leguminas, sive ospria, docet Galenus lib. I. τοῦ περ φύσης, διατέματος. Οπερειν καλέσονται δικτυάτων απειγμάτων οὐδὲ πάρτων οὐτε τεταγών, κυάνικος, ποσές, ἡράζεις, φακός, θίγμας, οὐράζεις, οὐρέζεις, λαθύρες, οὐρέζεις, φασόλις, πλάνηφακις. Leguminas appellant ea cerealia semina, ex quibus panis nō fit, ut puto fabas, pisa, cicera, lentes, lupinos, ervum, cicerulas, aracos, ervilia, phaselos, Fænum græcum, lentem. Vidimus quid ὄωτει, & quid χεδραψ sit, vidimus utrumque idem esse. Hesychius χεδραψ ὄωτει. Notat Erotianus aliquando per se scribi. Latini legumen dicunt, à legendō, quod manu legatur. Varro lib. I. de re rustica. cap. de cicere. Hoc enim quoque legumen, ut cetera quæ evelluntur ē terra, non subsecantur ut fruges; quæ quod ita legantur legumina dicta. Et hæc de altero genere. addit tertium, & inter ea numerat milium, sesamum, panicum, & quæ in æstivis sementibus communi carēt appellatio- ne. Columella lib. XI. de re rust. cap. VII. inter leguminum genera recentier milium, sesamum, panicum. Leguminum, inquit, genera cum sint complura, maximè grata, & in usu hominum videntur, phaselus, faba, lenticula, pisum, cicer, cannabis, milium, panicum, sesama, lupinum, linum etiā, & kordeū, quia ex eo p̄tisana est, &c. Inter legumina & frumentacea, quasi medium quoddam genus, nume- ravit Praeceptor, quod manu leguntur jubamq; non spicam habent, tum etiam quod cibo sunt idonea, sive quod ex iis panis, sive aliud quoddam edulium confici possit. Horum omnium generationem unam eandemque in- quirit. Exponit hoc, & rationem addit; quod omnia hæc ex semine tantum proveniant. Hæc quidem regula, ὡς ἵππη πλάνη vera est, sed non semper. Ideò addit Praeceptor, nisi fortasse legumen, aut frumentum quoddam detur, quod à radice profiliat; sed id raro & parcè fit. Orobium pannonicum radice propagari, notum. Hoc fatendum, paucissima ex leguminum generibus, immo- fere nullum radice planari.

Sed & rite vides. Uti duo genera præcipua frugum, quibus tertium additur; sic duo præcipua sementis tempora, quibus tertium minus commodum subnectitur, statuit præceptor. Horum primum ac potissimum inquit, quod circa Vergiliarum occasum est. Quod Hesiodus & maxima se ï pars auctorum secuta est. Hesiodi, quos citat, versus reperiuntur lib. 11. 1. ey. ē iupp, quorum mentem Philosophus magni nominis in suis in Virgilii Georg. doctiss. comment. non percepit.

Πλειάδων ατλαντικέσσον οὐπίτελλομενάων
Αρχεθ' αμητά αρότοιο δὲ δυνασμενάων
Pleiadibus Atlante natis ex orientibus.
Incipe messem; sationem vero occidentibus.

Interpres aratione vertit; quod esse præter Poëtae mentem, verba Theophrasti ostendunt, Plinius li. 18.ca.24. Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura præcepit, 1-

num tempus serendi tradidit à Vergiliarū occasu. Scribebat enim in Boeotia Helladis, ubi ita scripsimus. Absconduntur Vergiliæ, ut docet Columella lib. ii. cap. viii. altero & trigesimo die post autumnale æquinoctium, quod fere conficitur nono Calend. Octobris. Atque hæc hyberna satio vocatur. Plinius lib. xviii. cap. vii. Frumenti ipsius totidem genera, per tempora satu divisa. Hyberna quæ circa Vergiliarum occasum sata, per hyemem nutriuntur. Idem cap. xxv. Sementibus tempora plerique presumunt, & ab undecimo die autumnalis æquinodiis fruges serunt, adveniente Coronæ ex ortu, continuo diebus certo prope imbrum promiso. Xenophon antequam Deus signum dederit. Hoc Cicero Novembribus imbre fieri interpretatus est, cum sit vera ratio non prius serendi, quam folia cœperint decidere. Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant. Aliqui ad tertium idus Novembri, ut diximus, servant. Antequam, inquit, ex Xenophonte, Deus signum dederit. Signum illud quale sit, docet Cicero. Quali ipse Xenophon non tradidisset, in Oeconomico. Επειδὴν γὰρ ὁ μεταπολεος γέγονος ἡδη πάρτες περὶ οἱ αὐθεντος αρχῆς τὸν εἰσιτόντων, ὁ πότι τερψίας τῷ γῇ αφύσιον αὐτὸς απειπεν. Quando autumnale tempus advenerit, ad Deum spectant omnes, ut terram humectent, ac ad serendum idoneam reddit. Geoponicus, aut. lib. xi. cap. xii. Δημοκρίτης δὲ φυσική πατερεπηγον τὸ θεριδίδες. οὐδὲ τὸ τε στάσιον μετατίθεται δύσιν απειπειν ευειδεῖν. τοῦ γὰρ εἰσιν οὐκέτι επικεπέδαι πολλαὶ τιμαῖς, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ φυσική πατερεπηγον κινησιν ἔχει, τοις τὸ γερμανιστος απεργάτων τε τοι την απάρτιαν. At verò Democritus naturalem quandam observationē tradens, circa Coronæ maximæ occasum seminare consulit. Etenim tun non solum imbres multi emitti solent, sed & ipsa terra naturalem quendam & susceptorum motum haber, ad ea quæ tunc sata sunt, fertiliorā efficenda. Et hæc de satione hyberna, seu potius autumnali, sive quæ occidentibus Pleadibus instituitur. Plura qui velit, legat Columel. lib. xi. cap. ii. Varro. Lib. i. cap. xxxi. v. Addo verba Columellæ lib. ii. cap. viii. Nos quoque non ambigimus.

Aλλα, Secundam Sationem primo vere post brumam incipere docet. Ad verba Theophrasti Plinius non satis atteedit, duas sationes vernalem & aestivam confundens; vel earum ordinem ritumque turbat, ut infra ostendam. De hoc sationis tempore legat lector Virgilium. Hanc sationem serotinam vocabant, instituebaturque mense Februario.

Ov̄d̄ r̄r̄ m̄t̄r̄, Nunc docet quo tempore unum-
quodque semen terræ mandandum sit, ac prius alia ma-
tūr̄, alia ferò ferenda. Causam addit, quod alia ne-
queant, alia possint tolerare hyemen. Quædam etiam
utrumqne ferre tempus docet. Quæ de singulis scribit,
examinabo.

Maturè serendum præcipit triticum & hordeum ;
sed maturius hordeum quam triticum. Triticum se-
rendum præcipit Virgilius, & ex eo Columella, ante
Vergiliarum occasum lib. II. cap. VIII. Placet nostro
Poetæ adoratum, atque etiam triticum ante seminare, quam
occiderint Vergilia, quod ipsum numeris sic edifferit.

*At si triticeam in messem, robustaque farra,
Exercebis humum, solisque instabu aristas,
Ante tibi Eoā Atlantides abscondantur.
Gnosiaque ardentiē decedat stella Coronæ,
Debita non fulcis committas semina, quamque
Invita properes anni spem credere terræ,
Multi ante occasum Majæ capere; sed illos
Exspectata seges vanis illusit avenis.*

Palladias initio libri duodecimi. Novembri, inquit, mense triticum seremus & far, satione legitima, & semente sollemnii. Absconduntur, inquit, Columella loco citato. Vergilie altero & trigesimo die post autunmale aequinoctium, quod ferè conficitur nono calend. Octobr. Propter quod intelligi debet tritici satio dierum sex & quadringinta ab occasu Vergiliarum, qui sit ante diem IX calendarum Novembr. ad brumæ tempora. Hordeum Palladius serendum ait mense Novembri. Nunc, inquit, & hordeum matrum adhuc seremus. Idem Palladius lib. XI. statim in initio. Octobris mense adoremus seremus, ac triticum. Iusta satio est à decimo Calendarum Novembrium, usque ad sextum idus Decembris, regionibus temperatius. Nunc etiam letamen effertur ac spargitur. Hoc etiam mense seremus hordeum quod dicitur canterinum. Notandum, quod inquit, canterinum; Nam non omne hordeum hoc mense seritur. Etenim ut idem Palladius lib. XI. Tit. IV. hordeum Gallaticum, Ianuario seritur mense

*Sic clemens, inquit, fuerit hyems, bordeum gallaticum, quod
grave & candidum est circa idus Ianuarii seramus locis
temperatis.*

Inter frumentacea quæ mature seri debent, numerat zeam, & olyzam, typham, aliaque quæ tritico similia sunt. De his omnibus videat lector cap. ix hujus libri. An itaque omnia hæc mature Octobri, Novembrique mensibus serenda? Respondet, seram illorum sationem esse, quæ in genere discrepant; ut hordeum & triticum trimestre. Nam si quis hæc mense Novembri, Octobrique sereret, semen propter hybernum frigus non ferrent. Discrepant hæc genere, quod reliqua tritici hordeique genera post menses plures semen ferant. Hæc polt tres.

Ex leguminibus, inquit, fabam & milium maturè serenda. At milium inter ea numeravit, quæ media sunt inter legumen & frumentum. Accedit quod paulo infra inter ea, quæ æstate seruntur numerat. Prudenter itaque Theodorus hanc vocem, tanquam spuriam, omisit. Pronum foret scribere ~~æ~~^æ. Sed nelcio an maturè seruat. Scribo ~~æ~~^æ. Columella Lib. II. cap. x. Cicercula qua piso similis est, mense Ianuario, aut Februario seri debet, leto solo, cælo humido. Quibusdam tamen Italiæ locis ante Calend. Novembribus seritur. Faba cu[m] maturè seridebeat, docet Theophrastus lib. IV. de caus. cap. VIII. Pallad. mense Novembri serendam præcipit. In hujus principio fabam spargimus, quæ pinguissum, vel stercoratum desiderat locum. Plinius lib. XVI. I. cap. XII. Seritur ante Vergiliarum occasum leguminum prima ut antecedat hyemem. Virgilius eam per ver seri jubar, (de Græcorum faba loquitur) circumpadane Italiae ritu; sed major pars malunt fabalia maturæ sationis, quam trimestrem fructum ejus. Nam siliquæ caulesque gratissimo sunt fabulo pecori. Locus quem citat Plinius lib. I. Georgicis reperitur, ubi poeta.

*Vere fabū satito, tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci.*

Nec hoc ignoravit Theophrastus , uti hoc eodem docet
capite : sed quosdam id facere , inquit , cum prima satio
non bene successit . Seneca non tantum vere seri , sed
eriam æstate prodidit . Epist . LXXXVII . An eo tempore
(vere) ista ponenda sint ; & an utriusque (fabæ , & medicæ)
verna sit satio , hinc æstimes licet Iunius mensis est quo tibi
scribo ; jam proclivis in Iulium . Eodem die vidi fabam me-
sentes , & fabam serentes . Nostrates fabas Aprili menfe ,
nonnunquam etiam Majo , rarius Martio serunt . Sed
an Græcorum & vulgaris faba eadem sit , suo loco vi-
debitus .

Inter ea quæ maturè seri desiderant, numerat Lupinum, quod hujus durum semen fit, ac quasi incorticile, ut docet præceptor lib. IV de caus. cap. VIII. Lupinum serere, juber Palladius mensibus Septemb. & Octob. & quidem lib. X. Nunc vel maturius aliquanto lupinus seritur, in qualicunque terra vel crudo solo, cui hoc proderit, ut seratur antequam frigus incipiat. Geopon. auct. lib. II. cap. XXXVII. Ηγειρε τον λύπην τον ακανθωτόν ιονείαν μεταποιεῖν, τον αναπίστας οὐρανός. Lupinum præ aliis serere oportet post æquinoctium autumni, non expectatis imbrisbus. Lupinum sativum serere ego soleo ad finem mensis Aprilis, vel initio Maij Martio si seratur, facile à frigore læditur; Autumnali apud Batavos qui serit tempore, fructum ad Græcorum videbit calendas.

Sero serenda trimestria inquit. Quæritur quæ sit
sera satio: Respondebit Batavus, quæ Majo sit mense:
contra Græcus & Latinus. Maturam sationem vocat
Theophrastus, quæ sit post equinoctium autunnum, vel
Vergiliarum occasu; seram quæ vere sit, vel mense Fe-
bruario. Columella lib. II. cap. x. Sationes duas serva-
mus, alteram maturam per medianam sementem, serio-
rem alteram mense Februario. Quo mense trimestria
omnia serenda docet Palladius.

Ex leguminibus ervum, & cicer, utroque tempore scribit seri posse. Idem testatur Palladius de ervo, cum Octobri & Februario seri scribit, ac quidem lib. II. Hoc mense toto (Februario) ervum adhuc seri potest; quia Martio serendum non est, ne pastu suo pecoribus noceat, & boves reddat insanos. Contrarium Theophrastus lib. 2. histor. docere videtur; si quis ervum primo vere se- rat innoxium fore, autumno si feratur gravedinosum. Sed fieri potest, hominibus quod gratum est, pecudi-

noxium fit. Pisum idem Palladius serit mense Septem-
bri & Octobri.

*A' māns ē a' p'g'io nō d'c'. Rationem dat praeceptor, cur alia
maturē, alia ferōlerenda. Causam, inquit, debilitatem,
maturē enim quædam seruntur ut dum aér clemens est,
ac calorem quendam habet, incrementum aliquod ca-
piant viresque acquirant, quibus frigori resistant. Te-
nellas plantas minus frigori, quam antiquas ac adultas
resistere, præter rationem non videtur.*

Δύο δὲ, Atque hactenus, inquit, de duobus præcipuis sationis temporibus, nempe autunnali, quod hyemalē Plinius vocat; & hyemalē, sive satione quæ mense Februario statim post brumam instituebatur, nec non Martio.

*T*ertium; Sequitur tertium sationis tempus, quod æstivum vocat Præceptor. Quo terræ committebant milium, panicum, sesamum, irionem, horminum. Palladius milium, panicumque Martio calidioribus locis, frigidioribus Majo serenda docet. Columella milium lib. xi. cap. 11. ad Idus Aprilis. Sationis hoc tempus describit etiam Plinius. Sed, ut supra dixi, ordinem non nihil turbat. Sic itaque Plinius lib. xvii. cap. vii. *H*yberna quæ circa Vergiliarum occasum sata, per hyemem nutrituntur; ut triticum, far, hordeum. *A*estiva quæ æstate ante Vergiliarum exortum seruntur, ut milium, panicum, sesama, horminum, irio, Italiæ duntaxat ritu. Alioquin in Græcia & Asia omnia Vergiliarum occasu seruntur, quædam autem utroque tempore in Italia. Ex his quædam & tertio; veris scilicet. Aliqui verna milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant. Sementina autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam, &c. Duo, inquit, tempora serendi; ac primum hybernum, circa Vergiliarum occasum, alterum æstivum circa Vergiliarum ortum matutinum, id est, circa æquinoctium vernum. Tertium sationem, inquit, esse veris. Circa Vergiliarum exortum milium panicum serendum, dicit. Mox additæ eadem verno tempore serenda, Sementis tempora duo fecere præcipua Græci, Latinique; quod circa æquinoctium autumnale, & quod statim post brumam mense Februario Martioque. His tertium addunt idem, quod æstivum vocant, eratque illud Aprili, Majorque mensibus, quibus serebatur milium, panicum, horminum. Contra Plinius duo præcipua facit tempora, quod circa æquinoctium auctumnale est, & æstivum quod circa vernale ad exortum Vergiliarum. Et tertium veris, inquit. Credo hoc Græcos serotinum dixisse, quodque erat mense Februario. Nam ut primum hybernum vocat, quia sata per hyemem nutrituntur, sic serotinum vernum quod vere, æstivum quod æstate. Falsum præterea quod scribit, omnia in Græcia seri circa Vergiliarum occasum. Contrarium docet Theophrastus, nec intellexit quid essent *heroi ægriæ æstivæ sationes*. Has confundit cum serioribus, quæ instituebantur ad finem brumæ, veris initio. *A*estivæ instituebantur Aprili, Majorque mensibus. Finem antequam faciat de sationis temporibus, addam quod de omni sationis tempore Columella præcipit lib. xi. cap. 11. *Vetus*, inquit, est agricolarum proverbium. Maturam sationem sepe depere solere, seram nunquam, quin mala sit. Quo monemur, in locis frigidis novissimè, tepidis celerius, calidis ocyfime serendum. Hæc itaque a Theophrasto præscripta sationum tempora, usumque serendi, si quis omnibus regionibus accommodare velit, unum idemque opercum omnibus ollis adoptaret, ideoque ad finem capi. Præceptor. Nam & mature seroque serendo quodvis oca differunt.

Blaesariae Sequitur quo die quæque sata erumpant. Hunc locum his fere verbis excrispsit Plinius. Erumpit à primo sato hordeum die septimo, legumina quarto, vel cum tardissime septime. Faba à xv. ad xx. Legumina in Aegypto tertio die. De his plenius agit Theophrastus Lib. de caus. Ad quos lectorem mitto.

*Et hoc in his eis dignis Theodorus inquit Scaliger, res
tulit ad omnia. Ad fabas alius spectaret. Mihi placet omni-
um, quae utrumque tempus admittunt, fieri comparationem.
Quia mox etiam locorum commoditates inter se confert.*

Fangs Lentem tertiae fationis dixit. Idem ferd Varro. Serit enim lentem intervallo inter caniculum & solsticium. Virgilius serendum docet Bootē occidente.

Nec pelusiae curam aspernabere lentis,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes,
Incipe & ad medias seminetem extende pruinias.

Quemadmodum nascantur in frugibus folia, germinaque & radices. Quomodo hordeum, & triticum, & pisum, & faba, & cicer, proveniant: & quo modo radices legumina omnia habeant. De frumentagine, & hordeagine, atque frumenti ortu, leguminumque.

C A P. II.

Germinant alia ex eodem, radicem, foliumque fundentia † alia utrumque ex utroque extremo. Triticum, hordeum, tipha, ad summam omnia, quae frumentacea sunt specie, ex utroque effundunt: quippe quae parte ima crassaque radicem: tenui superna herbam emittant. Fit tamen unum, atque continuum ex ambobus, radice & caule. At faba, ceteraque legumina non eodem emittere modo consueverunt, sed eadem ex parte radicem fundunt, & caulem. **†** Qua etiam nexus siliquarum consistit, inque ea veluti principium quoddam germinandi haudquam obscurum. Id quod in quibusdam partis pudenda refert formam, ceu in faba & cicere, sed maxime in lupino. His enim radix deorsum versus, folium vero & caulis sursum tendunt. * Hoc igitur differunt: sed illo plane convenient. Quod omnia per connexum siliqua atque spicæ radicem capiant: nec, ut in quibusdam arboribus e diverso fieri solet, ceu amygdala, nuce, † glande, atque similibus. Omnibus autem radix paulo ante caulem exit: & quidem in frumentaceis evenit, ut radix protinus expellatur; protinus germanus † autem in ipso semine augeri primū incipiat, atque subinde semina disjungantur. **†** Qua hæc omnia bipartita quodammodo sunt, quod in leguminibus manifestum est. * Illa namque bino claudi corpore, atque ita componi penitus liquet. Verum in leguminum genere, quia per seipsum consistit, illud quidem minus contingit. Radix tamen paulo prius icti quoque propellitur. Exit hordeum, & triticum uno folio: pīsum, & faba, & cicer mul- tis. **†** Legumina omnia singulas habent radices, easdemque lignosas, & ramulis prætenuibus modo capillamentorum fibratas. Omnium (ut ita dixerim) altissimam cicer agit, quod nonnunquam vel **†** ex latere ipso. At verò triticum, hordeum, reliqua frumentacea permultis prætenuibusque innituntur radicibus. *** Qua** de causa numero ramo, numero quoque caule omnia ejusmodi se attollunt. Quam obrem, quædam inter hæc genera ferme intelligi potest contrarietas. Etenim legumina radice singulari subnixa, multos superne ramos ex caulibus gerunt, fabis tantum exceptis. Frumenta verò è diverso multis subnixa radicibus, multa quidem effundunt germina, sed quæ **†** regerminare omnino nequeant: præterquam genus quod frumentagine quodque hordeagine vocant. **†** Hyeme in herba frumentacea manet. Cum autem tempus arridere ptimum & remittere se incipit, caulem de medio emitunt. *** At** quæ geniculantur, evenit ut protinus in tertio genu, quædam in quarto gerere spicam incipient, sed nondum aliqua **†** mole conspicuum. Et quidem per totum culmum spica digeritur, ut ferme cum culmari inceperint, mox ea conspicui possit. Sed latet antequam adulta in folliculo fuerit: tum enim fetus **†** crassitudine molis evidens extat. Mox folliculo absoluta, quarto aut quinto die flore tam tritici, quam hordei incipit, totidemque diebus fere floret. Qui verò plus temporis referunt, se- ptimo que latere.

*** Ideoq; omnia siliquata** & que naturam leguminū ferunt numeroso rā mulo, numerosoque caule se attollunt. **†** Non recrescant, fructumque ferant. **†** Hiberno tempore foliis tantū frumentacea gaudent. *** Emittunt** & geniculantur, evenit autem ut quædam protinus, **†** Magnitudine, **† magnitudino conspicua.**

* In aliis codicibus πίρη καὶ ἐπέρη λέγεται· καὶ μέρη τοῦτον οἱ στάτιλας. ή γὰρ αὐθησις τῶν μὲν επιχυρῶν, αὐθρός. τῶν δὲ ἐπιθεωδῶν καὶ χειροτῶν παῖτων, καὶ μέρη τορῶν γάρ αὐθεῖ τὰ κάτω. καὶ ὅταν τῶν περισσηση, τὰ ἔχομενα. καὶ εἴτες αἱ βαδίζεις περισσεῖ τὰ αἴσια. διὸ πολλὰ τῶν * ορθῶν πίλεται τὰ μὲν κάτω καπιτρόνηκτα τὰ δὲ ἄνω κλωρὰ πάνταν.

fera floret. Quæcum desierit, proxima incipit. At
causa multa ex erva evulsa parte ima defluxisse ce-

ptimo die deflorescere notant. Sed leguminum flo-
ris diutina productio est. Atque inter cætera ervi
cicerisque diurnissima. Inter omnia verd faba
quidem summo discrimine redditur. Diebus nam-
que quadraginta , florere prorita est. Sed alii subin-
de alio & alio emergente florere tradunt. Particu-
latim enim florere ajunt. Alii simpliciter. Flos enim
spicatis universum leguminibus omnibus simul e-
mergit. Siliquata autem , & quæ naturam referunt
leguminis; * sigillatim. His enim primum pars in-
te ita ad supernam itur successu affiduo. + Qua de
untur, superna vero penitus esse viridia.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ek τοις ιεροτηρίαις. Theodorus, Utrunque ex utroque extremo. Sed iugis ἵεροις, καὶ ιαγοῖς ἵεροις. Neque enim εἰ radix, εἰ caulin (hoc enim est utrunque) ex utroq; prodit extremo. Sed alterū ex uno, alterū ex altero, à crassiore radix, à mucrone caulin. Illa vero verba, παντες οἱ τοῦ στάχεω πίφυκι, omisit Theodorus. Quæ tamen apte posita sunt: eaque sic leges. ὥστε οἱ τοῦ στάχεω πίφυκι. Vult enim Theophrastus docere situs proportionem in semine, εἰ officii ad germinandum: quia radici debetur inferior locus. Ex ea igitur parte illam exire par est, quæ etiam in spica sit inferior. Hæc autem est crassior. Itaque subdit, δέοντο μὲν τοῦ κράτους παντὸς τὴν πίφυκον. In pomis, ratio contraria.

Kαθὲ ἐν πρώτῳ τοῦ οὐρανοῦ. Theodorus, Quae etiam nexus siliquarum constitit. Mala loquitur. Neque nexus est: neque siliqua necditur semini: sed è contrario potius. Simplicitate Romana, qua hærent siliquæ.

Sed etiam Simplicius Romani, qui nescit inquit:
Συνεβαίνει δὲ ἐπει τοις συντάσσεις: οὐτε τὸ πλότον βλασφημοῦντες εἰς τὸν εἰρηνικὸν εἶναι μένειν, αὐτοὶ επειρεῖν εἰς διστάσεως τὴν αντιμετώπιον.
Theodorus addit de radice sic. In frumentaceis evenit, ut radix protinus extrā pellatur. Germen autem in ipso semine augeri primum incipiat: auctōque subinde semina disjungantur. Vbi vides verba illa, βλασφημεῖν, augeri. Et, αὐτοφεύγειν, auctō. Et quod pejus est, διστάσεως disjungi. Disjunguntur contigua, non continua. Sic dices. Germen intra semen nasci primum: deinde augescente eo semina hiscere. Lege, διμερῆς, non Διαμερῶν.

Dioctes. Theophrastus praeceptorem imitatus est, qui Ostreaceas sic appellat. Bifores enim sunt. Vix tamen fabam sic agnoscas. Contrario nanque se habent modo. Ostreis corpus unum, valvae duplices. Leguminis corpus duplex, cortex, unicrus. Theodorus, videbis, ut exprefserit. Bino clandi corpore. Neque enim id Dioctes est. Columella duplex semen in iis dicit. Animadvertes quemadmodum Theophrastus reddit rationem prime partis. Prima nanque ostenditur per diuinum. Ratio est, quare di ista sunt. Quia, inquit, diuinum. Et

dicit, τῶς : quia non penitus ἡ στοιχεῖον. Et addit, εἰ τοῦτο
προτέρα quod legumina sunt vere δημητῆρες. Idcirco intuitus
τὸν καρδιόν τοις Φαρισαῖος. Quae autem sequuntur, τόντον δὲ πίλαι
τούς λέγοντες, continent alteram sententia partem :
quae pertinet τοῖς τὰ στοιχεῖα. Videnturque esse verba de ra-
dice, quae Theodorus in superiorē translūst̄it periodū. Ac
propterea subdit, τὸν καρδιόν τοις καρδιέσσι non ita contingere, ut in
serp̄is germinen alant. Sic enim leges, εἰ στοιχεῖα. Ratio est,
Ἄλλο τὸν καρδιόν τοις εἶναι. Intellige καὶ τὸν καρδιόν. Quisippe neutriquam
ex duabus partibus emittunt, sed ex eadem. Et est obscurā
oratio, atque ambigua.

Διὸς τὸ πόθῳδα. Theodorus omisit. Necessaria tamen sunt. Infrā enim πολλά τὸ σχέψιν. Neque sibi constaret Theophrastus. Sic enim diceret. τὰ σπειρίδη πολλύτερά τοι Ιδεῖσιν πολύκλαδα, καὶ πολύκαλα. At est ē contrario. Κυρρειναις τοις. Id est, ἀντροφίαι. Namque τὰ μὲν χεροπά μοιούτερά τοι πολλά τὴν δοτφίας. τὰ δὲ σπειρίδη πολύτερά τοι, καὶ ἀπαρφέλαστα. Facit etiam exceptionem inter legumina quidem, fabae: inter σιγηρά τε κλεβαῖς. Sunt igitur tria nomina, χερεπη, ὄστρα, ὄσφειδα.

"Οὐκα Φανερός. Theodorus, mole conspicuum. Moles de re magna semper. In nullo fructu moles, nedum in spica. Tumorem dicas: aut simplicius magnitudinem.

Tumorem ascas: autem impinguus, magnitudinem.
Σχίδος ἀμα τῷ κυλακέᾳ, σωίσας μεριγήν τετρά. Μία λο-
γκυρό. ἀμα, conjunxit cum, τετρά. Itaque addidit huic,
μεριγήν τετρά.

μικροῦ: illi ζεῖσθαι
Διὸ πολλὰ τῆς δοξανής πίλλεται. οὐδὲ καὶ τοῦ βρυγκότης, τὰ δὲ
πάνω χαράρχει παιστον. Theodorus, Qua de causa multa ex
ervis evulsa parte ima defluxisse cernuntur, superna
verò esse viridia. Vult dicere: Ervum legi aliquando ejus-
modi, ut inferiores siliquæ intus habeant nihil: quare summa
pars nihilo scius vireat. Ambigua oratio Theodori.
Multæ ex ervis, & multæ evulsa ex ervis. Εἰ τιλλεῖ, ab
arvo, non autem ab ervo, ut rotum à loco: non pars à
toto.

JOANNIS BODÆI A STAPEINOTÆ ET COMMENTARIIS

Dicit ex qua parte semina pullulent, sive primum germen emittant, dicitque quædam ex eadem radicem, foliaque emittere; contra alia ex diversis, oppositiisque folia, radicemque fundere, ac quidem è obtusiore, crassiore, & inferiore radicem: contra ex acuta, tenui & superiore folia caulemque; eumque situm in pullulando servare, quem in spica obtinebat; nempe ut grani pars quæ in spica inferior & crassior, radicem; quæ superior ac tenuior, caulem foliaq; emittat. Hoc modo triticum, hordeum, tipha pullulare, fabam verò ac legumina priorem in pullulando servare modum, ac ex una eademque parte & caulem & radicem fundere; ea nempe parte qua siliquæ adnectuntur, ac hærent. Quam formam figuramque pars hæc habeat, describit Præceptor. Lector verba ejus examinet. An verò tam idem ideam seminum habeat pars ex qua pullulat, autopsia ostenderet. Quod Theophrastus de tritico, tipha, hordeo, id de solo hordeo refert Plinius li. **xxiiii.** cap. **vii.** Ex hordeo, inquit, alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quæ & prior floret, radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem; ceteris seminibus eadem pars & radicem & florem. Videt lector Plinium verba Theophrasti non satis fideliter exscriptissime. Hic enim non solum hordeū, sed etiam triticum, ceteraque frumentacea ex utroque capite pullulare,

inquit, fabam autem leguminaque ex una eademque & folia & radicem: nec Theophrastus ex tenuiore parte florem, sed ea omnia quæ sursum versus tendunt emittere folia, caulem, spicam, florem.

'An̄d p̄p̄. Docet quam partem semen primum effundat ac emitat, dicitque radicem protinus, expelli. Sed hoc in frumentaceis manifestius conspici & observari posse, quia statim radicem expellunt, Contra in leguminum genere. quia hoc in genere paulo tantum antequam germen producatur, radix expellitur. Causam addit cur quasi simul expellantur, quod ex una eadem que, non duabus, diversisque radicem, folia, caulem, emittere genus hoc solet. Contra in frumentaceis quia duabus ex partibus pullulant, si ut altera prior, altera posterior pullulet. Et rationi est consentaneum, radicem prius, dein folia expelli. Vide lib. iv. de caus. ubi cur frumenta utraq ue legumina una tantum parte pullulent, causam reddit.

Tē ἢ φύλα, Aurea hæc oratio contra eos, qui omnia germina duobus exire foliis contendunt. Hordeum & triticum uno exire folio inquit; pisum, fabam pluribus. In arborum genere, palmam unicum, cum primum pululat, folium producere, non semel observavi; ut etiam alia frumentacea; reliqua duo folia emittunt. Videtur & hanc locum exscriptisse Plinius lib. xviii, cap. viii, sed

Hhhb nescio

nescio an satis mentem Præceptoris percepit, leguminum unicaulē faba sola, unus & lupinus: (id Arabica lupinus falso esse ostendit, sylvestris quædam verum) ceteris ramosis prætenus surculo, omnibus vero fistulosis. Folium quædam ab radice mittunt, quædam à cacumine. Frumentum & hordeum utrumque, & quicquid in stipula est, in cacumine unum folium habet. Sed hordeo scabra sunt, ceteris lensia. Multiplicia contra fabæ, piso, ciceri. Hordeum, inquit Theophrastus, & triticum enascitur, terra que prodit, auctuero uno folio, multis pisum, faba. Videl negligentiam Plinii Lector.

Piçao j. 7. Legumina unica habere radicem, inquit, eamque lignosam, & ab ea tenues prodeentes fibras. Talem radicem omnibus leguminibus esse concedo; glandem terræ si exceperis. Etenim hæc radices fert crassas, oblongas, carnosas, glandibus forma quodammodo similes; sed multo maiores; foris sunt nigrae, intus albicantes, sapore ferè castaneæ, à quibus inferius longa tenuisque fibra dependet. Exeunt ab eisdem & aliæ fibræ, juxta caulis exortum, quibus obliquæ serpentibus aliæ adnascentur glandulosæ radices, ita se multiplicante stirpe. Hoc leguminis genus Belgis & Germanis familiare, Græcis incognitum puto. Astragalus Clusii si inter legumina numerari debeat, aliud ejus genus præter terræ glandem est, quod carnosam, non lignosam habeat radicem. Reliqua legumina lignosam habent radicem. Quod scribit cicerem altissimam habere, id haud verum de sativo. Arietinum longam, gracilem, candidam habere negari non potest. Porro locum, hunc Theophrasti Plinius his verbis interpretatus est, lib. xviii. cap. vii. Legumina omnia singulas habent radices, præter fabam, easque surculosas; quia non in multa dividuntur, altissimas autem cicer: frumenta autem multis radicantur in fibris, sive ramis. Confundit verba Theophrasti admodum Plinius. Hic docet legumina omnia unica habere radicem, eamque lignosam, ab eaque tenues prodire fibras: contra Frumentacea permultis tenuibusque niti radicibus. Ideoque, inquit Præceptor, omnia siliquata, sive legumina numero ramulo, numerosoque caule se attollunt, quod unicam habeant radicem, quodque alimento multo non indigeat radix: Sed omne quod attrahunt fibræ statim ad superiora mitrunt: contra frumentacea, quia pluribus constant radicibus, majori indiget nutrimento radix, quo destituuntur superiora. Et hæc causa, cur non ramis pluribus luxurient, uti legumina. Sed aliæ etiam sunt causæ, cur frumentaceorum ramuli, decerpti non renascantur alii, de quibus in libris de caufis. Ac quidem præcipua videtur, quod non, instar leguminum, statim ramulos emittant, sed ad tempus folia tantum habeant, eaque primum emitant, dein post tempus aliquod cauem. Tempore itaque opus ad restaurationem, ut plerisque annuis. Quædam ergo contrarietas inter legumina & frumentacea est, quam exponit his verbis, quod legumina singulari constant radice; & tamen, faba excepta, ex caulis superne ramos multos gerant. Contra frumentacea pluribus constant radicibus, multaque habeant germina, sed *a mucōbā lāsu* quæ non recrescant, id est, si decerpseris rami frumentaceorum non renascuntur, nec fructum ferunt. Contra leguminum ramulos si decerpseris, novos producent caules, qui que fructus ferent. Falsum est quod scribit Plinius, legumi-

ΚΕΦ. Γ.

*Quot diebus frumenta, quot item legumina maturentur. Terram à terra, & cælum à cælo ad
fructuum differe perfectionem. Quibus foliis frumenta, quibus legumina constent. De sili-
qua, legumine, florumque differentia. Quæ spicam, quæ jubam, quæ siliquam gerant.*

ΜΕΤΑ ἡ τὸ ἀπάνθησιν, ἀδρύνοντα πυρὸς, καὶ
κελθὴ ποσαρακονταῖα μάλιστα. ὁ δε πλη-
σίως μὲν πφη, καὶ τὸ ἄλλα τὰ τοιάντα. ποσαρ-
ακονταῖα μὲν Φασικοὶ τὸν κύαμον· ὥστε σὺ ίαμις αὐθεῖ
ἡ πελειγταῖ. τὰ δὲ ἄλλα σῶν ἐλαχίστοις· ἐλαχίστεις δὲ
οἱ ἔρεβινθοι. εἴτε δέ τὸ τῆς σπορῆς σὺ ποσαρακονταῖα
πελειγταῖς τῆς αἰτίαις, ὡσταέρ πιέσ Φασικ. εἴτε
τὸ γένον υπτάχιστος Φανερόν. οἱ μὲν κεγχροὶ, καὶ
τὰ σόπικα, καὶ οἱ μέλινοι, καὶ ὄλως τὰ δευτεράς οὐε-

na omnia singulas habere radices, præter fabam. Theophrastus, ex quo hæc exscripsit, singularem quidem radicem habere legumina scribit, sed plures ferre caules, ramulosque, faba excepta : hæc enim unicaulis est. Quod itaque Theophrastus de caulibus ramisque, hic de radicibus. Falsum etiā est quod scribit, surculosas leguminum radices esse, quia non multa dividuntur. Satis aperte Theophrastus ab radice lignosa leguminum tenues prodire fibras scribit: nec intellexit verba Theophrasti. Πολλὰς δινεὶς βλαστάς, ἀπόδρασις ἐπει, frumenta, inquit, multis radicantur fibris, sine ramis. Απόδρασις fine ramis ineptè interpretatus est, & θλαστές fibras. Radici adscribit, quod cauli, ramisque Theophrastus. Viri docti Pliniana verba partim depravata putant, partim ordine non legitimo locata. Legendum igitur ad hunc modum ipsis videtur: Legumina omnia singulæ habent radices, easque surculosas, qua in ramulos dividuntur; altissimas autem eicer, præter fabam. Quod quid si nescio. Sed verba aliquot desiderari scribunt ad integratam sententiæ, aut certe hæc multos ex caulibus ramos gerunt, aut similia, tum sequatur, præter fabam. Ita Plinius ad sensum Theophrasti proxime, inquit, accedit. Verba hæc quamvis adscribantur, tamen sensus perfectus non erit. Plinius, ut dixi, vel nimis properanter, & negligenter verba Theophrasti legit, vel agnoscetas aliter legentes aliud agens non audivit.

Naturam, ac omnem nascendim ordinem quem frumentace habent, exponit. Ac primum, inquit, hyeme solii tantum praedita esse, sed primo vere, vel quam primum cœlum clementius est, ac favere calore suo incipit, caulem de medio emittere, &c. Plinius loco citato, locum hunc his verbis exscripsit. *Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam quæ sunt hyberni generis.* Quæ sequuntur apud Theophrastum interpretatus est Plinius eodem capite, sed post sat longum intervallum. Interea quædam memorat sequenti capite Theophrastus, *Frumenta quædam, in tertio, inquit geniculo spicam incipiunt concipere, quædam in quarto, sed etiamnum occultam,* (id est quod Theophrastus ē φανερός τοι ὄγκος) *quæ magnitudinem habeat exiguum, sive vix conspicuum*) genicula autem, ut tritico, quaterna, fari sena, hordeo octona; sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicæ, qui ut spem sui fecit, quatuor aut quinque tardissime diebus florere incipiunt, toridemque, aut paulo pluribus deflorescunt; hordea vero (addit Theophrastus triticum) cum tardissimè septem, (hinc quædam intermiscerat Plinius, quæ ante dicenda erant, demum subjungit) legumina diutius florent, Et ex his ervum ac cicer, sed disutissimè faba XL diebus, non autem singuli scapi tandem, quoniam alio desinente alias incipit. Nec tota seges, sicut frumenti pariter. Siliquantur vero omnia diversis diebus, Et ab ima primum parte paulatim flore subeunte. Columella lib. II. cap. XII. Omne autem frumentum, Et hordeum, quidquid denique non duplice semine est, spicam à tertio ad quartum nodum emittit, Et cum totum edidit, octo diebus deflorescit; ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem devenit, rursus quæ duplice semine sunt, ut faba, pisum, lenticula, diebus XL florent, simulque grandescunt. Hæc omnia facilia; ut quæ autophia quotidie ostendit, ac quasi digito monstrat.

C A P. III.

Triticum atque hordeum, postea quam deflo-
ruere, crastantur; perficiunturque, cum plu-
rimum intra dies quadraginta. Pari modo & ti-
pha, & reliqua hujuscemodi. Item fabam & tri-
ginta diebus perfici volunt. Ita tamen, ut intra tan-
ginta. tundem spatium temporis haec florere, atque per-
fici soleat: cum caetera intra dies pauciores consum-
mentur. Sed cicer paucissimis perfici potest, siqui-
dem post sementem diebus quadraginta absolu-
possit, ut quidam affirmant. Nam in totum celerri-
mè.

δὸν ὁ μολογεῖ^τ) τὰς ποτίσαιςκοιθ' ημέρας λαμβάνειν· οἱ δὲ Φασικὴ ἐλάττις. Σταφέρει δὲ καὶ ταῦς τὴν πελειαστιν, χώρα τε χώρας, καὶ αὐτὸς αἴρεται. οὐ ἐλάττοντος γάρ εἴηια δοκεῖσιν σκηνέρειν. απειράντων τε καὶ μάλιστας ἀπιδήλως^τ Αἰγαῖον^τ. σκει γάρ κερθαὶ μὲν

¶ Kai πάντες

έλως τὰ στάδη καὶ + θεραπεῖ τὰ ἡ, πλαγίκαναλα
μᾶλλον οἷον ἐρεβινθόν, ὄροβόν, Φακός. τὰ δὲ Πη-
γκόκαλα, καρύπερ αἴχνες, ποός, λάθυρος. ὁ δὲ δέλι-
χόν, εἰσὶ ωδεικαπιηγή τις ξύλα μακρι, αὐταῖνδι
καὶ γίνεται κάρπη. εἰ δὲ οὐ, Φαῦλόν καὶ ἔρυσι βώ-
δης. μόνον τὸ μάλιστα τὸ χειροπῶν! ὄργοκαλόν ὁ
κύαμόν. ἔχει δὲ τὰ αὐτὴν Διαφοράν, καὶ τῇ Φύσει καὶ
τῇ θέσῃ αὐτὸν χειροπῶν σὺν καρδίλας διέλουδι, οὐ
τὸ μὲν χνοώδη, τὸ καρύπερ πάνταν αἰσεπεῖν
συκιώδῶν, τὰ δὲ, Φυλώδη κατάπερ τὰν χειροπῶν.

Al. Basger.

καὶ τὰ πλείσταν κολοσσά. τὰ γαρ πολλὰ κολοσσά. οὐ
χνοώδες δὲ καὶ τὸ τέλον χρυσόν Καλέντιον. τὸ δὲ σπόνι μεγάλη
τὸ δὲ ἵρισμα, Φυλώδες. καὶ οὖν δὴ τὸ μὲν, ἔχει αὐτὸν
αὐτὸν τὸ καρπόν· οἷον τὸ σινάδη καὶ κευχρωδῆ αὐτὸν τὸν
συκιόν. τὸ δὲ χειροπῶν, εἶτα τὸ τέλον τὸν Φύσει, οὐ δύτο
τε + δὲ δέρχης γίνεται. Εἰ τὸ αἴρησιν, οὐτὸν τὸ μὲν αἴροσαι,
τὸ δὲ κατὰ μέρον ποιεῖται. καὶ τάλλα μὲν τὸ ωδεικόν
αλησια τὰ τοις. ομοίως δὲ καὶ τὸ καρπόν· οὐτὸν
τὸ μὲν ἔχει τὸ σύκον τὸ δὲ χειροπῶν, λοβόν τὸ δὲ
κευχρωδῆ, Φόβελ. η γὰρ καλαμώδης δύτο Φύσει Φό-
βη. τὸ δὲ ὅλον τὸ μὲν, αἴγυρόσπερμα, τὸ δὲ ἀνυδρό-
σπερμα, τὸ δὲ, γυνινόσπερμα. καὶ ἔπει τὸ μὲν αἴρο-
καρπα τὸ δὲ πλαγίκαρπα. οὐδὲ οὖν δὴ ἄλλα πεντη
έχει τῆς θεωρίας. οὐδὲ δὲ πολυκαρπότερα καὶ πολυ-
κάρπερα τὸ χειροπῶν. τάτων δὲ ἐπι μάλιστα τὸ θεραπεῖ,
κευχρωδῆς, Καρπανον. αὐτῶν δὲ τὰν χειροπῶν μάλιστα
Φακός. αἰτῶς δὲ τὰ μικροσπερμότερα μᾶλλον αἰσ-
επεῖν. ὥσπερ οὐτανταν χειροπῶν κύμινον αἴπειταν οὐτων
πολυσπέρμων. οὐχι τερεψε δὲ, τοὺς μὲν τὸ χειροπῶν, καὶ
ἔλως τὰ τέλη, τὰ στηργά. τοὺς δὲ τὸ φοίλον, τὰ
χειροπῶν, τάχα δὲ τούτοις ημῖν, οὐ τοῖς ἄλλοις αἰδάνειν.
totum ecclī mutationes, frumentacea sunt. Legumina verò cibi ratione putantur valentiora: nisi forte id
quidem nobis ita evenit, cum cæteris animantibus è diverso eveniat.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Xεργητού. Usque ad satietatem inculcavit hoc. Ac
de Ægypto non semel.

Πηγεὶς τοῖς τοις ιδεῖσιν, πυροὶ μὲν εἰ τῷ ιδεῖσιν. Theodorus
omnia omittit, preterquam, πυροὶ δὲ οὐτιδέμα. Ego lego,
πυροὶ δὲ μὲν τοῖς ιδεῖσιν οὐ τῷ ιδεῖσιν.

Οὐτοῦ ὁ φύσης ζωτικός. Theodorus οὐτοῦ σοῦτην facilia, &
interpretatur, διανοι, mancum; potius difficilem, & morosum.
Qui alia velit, alia nolit. Sane manca region non est,
Nihil enim deest ei. Triticum abunde: item oleum. Vi-
num autem non penitus nullum, sed μέτεον. Etiam si per
doctiores liceat, potius, efficacem, dicam. Ita enim est, δι-
vinitas; & rationes adiungunt.

Τέτταντο, κατεῖτο. Theodorus, locum ita præcoquem. Præ-
cox locus apud Romanos nusquam invenitur. Dices, adeò
tempestivæ efficacie.

Φανερός δὲ τὸ τέλον Διεργον. Theodorus addidit para-
phrasin. Locorum enim discriminem summum longi causa
intervalli exultet, necesse est. Sequitur τὸ οὖτον, τὸν αὐτὸν
Διεργον, εἰ δὲ περι τὸν αὐτὸν οὐτορούς έστιν, καὶ μιαν θε-
μετοποτες. Theodorus, conterminum verò eundemque
loco, tantum differre à reliquis, mirabile. Expressit
sententiam omissis verbis. Præsertim illis εἰ δὲ περι τὸν αὐτὸν
άλλαι. Vult dicere, si transferantur semina, hoc raro
fit: id est, αὐτοὶ. At perpetue differentie aliquando in
propinquis locis, hoc est οὐτορούς. Immo vero μια: eodem lo-
co. Et notabis τὸν αὐτὸν Διεργον: cum tamen non sit εἰ
αὐτὸν Διεργον. Nota generis mutationem, Διεργον, εἰ
δὲ αὐτοὶ.

Τὸ δὲ καὶ τοῖς αὐτοῖς χώρας εἰ πολλή, εἰ μὲν τοῦτο γένος λαμ-
βάνει Διεργον. Theodorus omisit ιδεῖσιν. Sensus est,
quod ad tempus, non est differentia secundum regiones,
tameſi sunt diverse. Neque enim mensium nominibus οὐ-

rectus, ut tritico, hordeo: & in totum frumentaceis,
atque æstivis. Aliis δὲ tendens in latus potius: ut
ciceri, eruo, lenti: aliis * humi procidens, ut er-
vialæ, piso, cicerculæ. Siliqua nomine appellata * Perter-
speciali, longa, si ligna affixeris, ascendet, & frugi-
fera fiet: alioquin vitiosa, atque æruginosa redde-
tur. Faba inter legumina sola potissimum erecto
caule constat. Quin & floribus differentia tum na-
tura, tum positu data est. De quibus fere in iis, quæ
in universum digessimus, satis dictum existimamus:
scilicet quod alii lanuginei, ut omnium fere geren-
tium spicam, alii foliis constant, ut leguminum, &
plurimis quidem & minutis. Major etenim pars flo-
rem & sessilem edit. Flos lanuginosus & milio, & * Mutilum.
panico: sed sesame, atque * triono foliis constans. * Erysimi
Et alia circa ipsum semen flosculum habent, ut quæ-
que frumentacea, & miliacea circa spicam. Legu-
mina vero ex eodem quodammodo flore, aut ex eo-
dem quidem initio proveniunt. Et florem alia uni-
versim, alia particulatim producunt. Et reliqua hi-
sce proxima, quæ satis jam exposuisse putamus. Ad
hæc quæ fructuum ratio exigit, addimus: quod alia
spicam gerunt, ut frumentacea: alia siliquam, ut
legumina: alia jubam, ut miliacea. Effusam enim
illam arundinaceam comam, jubam appello. Ad
summa, aliis semen vasculis includitur. Aliis mem-
branis continetur. Aliis nudum insidet. Aliis item
fructus in extremo. Aliis in latere. Et reliqua, quæ
hanc ipsam contemplationem contingunt, diximus.
In totum verò genus leguminum fructu copiosius
fecundiusque profecto est. Sed his ferociora pro-
fecto æstiva sunt; ut milium, sesama. Lens maximè
inter legumina fertilis est. Et summatim, quæ semen
ferunt pusillum, copiosius ferme fructificant, ut
etiam inter olera cuminum: quanquam hæc omnia
copiose ferant. Validiora contra hyemen, atque in
totum ecclī mutationes, frumentacea sunt. Legumina verò cibi ratione putantur valentiora: nisi forte id
quidem nobis ita evenit, cum cæteris animantibus è diverso eveniat.

timur, sed tempestatibus. Igitur ubi temporius appetit
ver, ibi verna aguntur. Vbi serius, tunc. Non est igitur
diversitas temporis. interpretare, ἀλλα, diversas. Quia
dixerat, σύνορος, οὐ μια.

Διαφέρεις δὲ καὶ δια τὰ τὰ γένη. Hinc aliud caput. Nam ha-
elenus de generatione. Nunc de partibus, quæ contempla-
tio tamen aliis in libris antecedit historiam generationis.
Observabimus loquitionem, τὰ γένη τὰ διηγείσαντα γαρδ. &
καὶ τὸ ιπποτερεψερον τὰ μέσοις γένη.

Τὰ δὲ οὐτανταν. Cum dixit fabæ scapum teretem,
(Sic enim melius, quam rotundum, ut fecit Theodorus)
Voluit per hanc vocem producere τὸ φερεῖ, in modum θη-
nus compressum. Compressior enim fabæ, quam pisi.

Καὶ ιγιλόν. Theodorus addidit, οὐ κατεῖτο. Animadvertes
huc faba culnum ab eo dici. Καλαμόν scriptum est apud
Theophrastum. Atque ita loquutus est de leguminibus δι-
vinus Poëta carmine divino.

Sustuleris fragiles calamos, sylvamque sonantem.
Culmi autem appellationem hoc in genere nondum me-
mini.

Πλαγίκαλα. Theodorus, tendens in latus; inclinans
potius. Neque enim tensa sunt.

Εἴχει δὲ τὰ αὐτὰ Διεργον, καὶ τῇ Φύσει, καὶ τῷ θεοῖ. Sic legit
Theodorus Ερεττό. Licit enim καταδην: Εα εῖται Φύσει, non θεοῖς.
Idem legit, τὰ συκιώδεα: non autem χυλώδεα. Intellige, γένη.

Τὰ πολλὰς οὐφοβά. τὰ γένη πολλὰ οὐφοβασθεῖν, Theodorus
& plurimis quidem minutis. Major enim pars florem seſſi-
lem gerit. οὐφοβά, minutum non est. Et Phæcoleis, satis
grandinis; fabæ grandissimus. Quomodo autem sit οὐφοβά
leſſile, nequeam effari. Alia omnino vox invenienda.

Τὰ μὲν οὐφοβά ταῦτα. Theodorus addit, οὐσιάδη Ρεττό.

IOAN.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Dicitus Præceptor quot diebus frumenta, quotque legumina perficiantur. Deinde ad fructuum perfectionem, solum à solo, & aërem ab aëre differre, multaque ac varia quedam etiam admiranda, quæ ob soli varietatem sunt, recenset. Post hæc quale folium frumenta, quale legumina habent, narrat. Hinc de filique, leguminis, florisque differentia tractat; postea quæ spicam, quæ jubam, quæ siliquam gerant. Et hæc sunt de quibus hoc capite agit.

Miniū τὸν, Ante diem quadragesimum hordeum & triticum, postquam defloruerint crassari, & perfici ait. Plinius lib. xiv. cap. viii. Frumenta cum defloruere, crassescunt, maturanturque cum plurimum diebus quadraginta, item faba, paucissimis cicer. Id enim à semente diebus quadraginta perficitur, milium & panicum, & sesama, & omnia aestivalia xl diebus maturantur à flore. Et hæc prima hujus capitinis pars.

Dixipet, Fructuum hanc maturationem, florendique actionem, à solo cœloque dependere, plurimis docet exemplis. Ac plurimum Ægypti & Græcia. Locus hic corruptus & depravatus est, quem ex Plinio correxi mus. Hic enim loco citato; Magna, inquit, cœli terræque differentia. In Ægypto enim hordeum sexto à satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade hordeum; (septimo mense metuntur) in Peloponneso octavo, & frumenta etiam tardius. Illeque Plinius frumentum redidit, quasi hordeum non esset ex frumentaceorum generere. Sic triticum vocavit, quod ex frumentorum generibus optimum & nobilissimum sit.

Et ιλάτην τὸν, Ut probet, quod dixit, multa ad fert exempla, ac ex diversis regionibus differentiam maximam esse ostendit. An in singulis regionibus, ut scribit, differentiae hæc reperiantur, me fugit: qui in regionibus hisce fuerit, an verum sit, quod scribit, testari poterit. Porro ἀντίτιτον lego αὐτοῖς. Verisimilius enim videtur sic scripsisse I. hecphraustum. Nam ut doceat seram sationem celerem admodum esse, dicit segetum serendi tempus sex menses esse. Sed cum primis metere posse, quod novissime satum est, id est, eodem tempore meti illud, simul quod primo & quinto vel sexto mense satum est. Vide lib. iv. cap. xii. Deinde etiam efficacem vel egregiam exposuit. Quo sensu non semel apud probatissimos autores reperitur. Sic δέρνεται, δέρνεται πατητικός, res potens & efficax est parere. Δέρνεται πατητικός, dux prudens & egregius. δέρνεται πλευρά πλurimum valens ad disjunctandum. Etiam στροφός & ιδιαίφορος oleum & triticum ferre, exponere visum fuit. In sequentibus nihil mutavi. Quare de iis nihil dicam, ac lectorum ad libros de causis mitto, ubi horum omnium rationem reddit.

Dixipet ἐπί οἰλα μήσην. Hic novum caput incipiendum erat. Nam, ut recte Scaliger. Hactenus de generatione, nunc de partibus. Quæ contemplatio tamen, aliis in libris, antecelsit historiā generationis. Ostendit autem in quibus legumina à frumentaceis differant, ac dicit in hisce tribus, folio, flore, fructu. Singula examinabimus.

Frumenta omnia, inquit, folio harundinaceo constant, secus legumina, quibus maxima foliorum est differentia. Nullum frumenti genus novi quod folium non habeat harundinaceum. Folium fabæ dixipet inquit. Plinius loco citato, Frumentum folium harundinaceum, fabæ rotundum & magna leguminum parti, longiora ervilia & pisoi, phascolis venosa, sesame & trioni sanguinea. Fabæ folium rotundum teres. Intellige lector rotunditatem non circinatam. De faba veterum non nihil nobis dicendum, ac ea quæ veteres de ea scripserunt, hoc loco examinanda.

Faba apud Græcos vel Ægyptia, vel vulgaris, sive leguminosa est. Apud latinos etiam faba arbor; vulgo lotum vocant. De loto ac faba Ægyptia lib. iv. egij. Hoc loco nobis sermo erit de faba quæ leguminis est genus. Κύαμος. Græcis dicitur δέρνεται πατητικός; quod maximè sit ferrax. Hinc non tantum hanc plantam Græci κύαμος vocarunt, sed etiam omnia legumina; quod quasi prægnantes ac fœcundæ sint. Græci recentiores φάβα dixerunt. Hippiater Eumelus cap. xxii. φάβα πατητικός παθεγμής διατήνει, torrefactæ fabæ sextarium postquam decoxeris, lib. ii. cap. xv. Pelagon φάβα κύαμος εἰς οὐδὲ δεῖνος μετὰ μελιτος. Etymologici autores Ιταὶ οὐδὲ πέρι

δινοὶ φάβα, ηδιατο), Επιχοίκοι διεμάζουσι. Hinc φάβαν. Cyillus in lexico, ίππος φαβατόν ήστειν puls fabati, sine leguminis. Latini Barbari fabanam vocarunt. Recentiores etiam κύαμος fabam vocarunt. Eumelus Hipp. lib. i. cap. xi. κύαμος μίλατος γενενάτος, cremata nigra faba. Hesychius φάβα μίλατος φέρεις, ηδιατησ οὐσιασ. Fabam manus terror, & vulga legumen. De fabarum laude hæc Plinius lib. xviii. cap. xii. Sequitur natura leguminum, inter qua maximus bonus fabæ. quippe ex qua tentatus sit etiam pannus. Lomentum appellatur farina ea aggravaturque pondus illa ex omni legumine. Nam verò & pabulo venalis. Fabæ multiplex usus omnium quadrupedum generis; maximè homini. Frumento etiam misceretur apud plerasque gentes. & maxime panico solida, ac deliciosa fracta. Quin & pri scio ritu fabacia sue religionis Diis in sacro est, prævalens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, in somnia quoque facere. Ob hæc Pythagorica sententia damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animæ sint in ea. Quæ de causa parentando utique assumitur. Varro & ob hæc Flaminem ea non vesci tradit, & quoniam in flore ejus litteræ lugubres reperiuntur, in eadem peculiaris religio. Namque fabam utique e frugib; referre mos est auspicio causa, que ideo refrina appellatur. Et auctionibus eam adhibetur lucrosum putant. Sola certe frugum etiam excessa repletur crescente luna, aqua marina, aliave salsa non percoquitur. Multas rationes ad fert cur fabæ maximus fuerit homines. Causa præcipua, quod pannus ex eis tentatus sit. In Anglia, id non tantum tentatur, sed etiam conficitur, etiam, ut audio, in Zelandia. Farinam fabaceam lomentum vocari, ait. Ea utebanur ad eruganda corpora. Martialis lib. iii.

Lomento rugas uteri quod condere tentas.

Est etiam lomentum coloris quoddam genus, quod in usum pictorum ex cæruleo confici solet. Qui lomentum ιερόμοντος Græcis esse putant, falluntur. Proprius hoc est frela faba in faba, quod κύαμος & κύαμον in frumentis. Κύαμον οὐδενός dixerunt, fortassis etiam λινόν κύα μόνον. Galenus lib. de boni & mali cibi succo cap. v. Ιταὶ οὖν διεμάζω — λινόν η τὸ οὐκ τελεσθέντα λινόν ιταμόντος εἰς διατησιαν, πεστερικανομένη τοῦτο λίπις. Entos, id est, puls apud nos appellatur — at lecythos cum hac ipsa moluntur, eorumque farinam adipe aliquo admisto in aqua decoxeris. Regineta lib. iii. cap. lxxx. ποτε η λινόθεος κύαμον μητρὶς ιερόμοντος lomentum fabæ ex acetō coctum. Frumento admisceri ait, id factum Harlemi, ante annos aliquot, cum annonæ penuria esset; secali ac tritico admiscebant Harlemenenses. Diis in sacrificio sacram, inquit, fabam. Fabas adolescentes divinis adhibitas fuisse rebus, Dūisque sacras, ex eo colligi potest, quod mensis quidam dictus sit παντικός, quod in eo παντικός, hoc est, fabas (sic enim fabas dictas esse, notat Eu stachius) coquebant. Suidas, Επί μέντη παντικά, παντικός οὐ ιφοντι οὐ αντικός. Falluntur, παντικά mensis initium est, quando sol scorpionem ingreditur, die xxii. Octobr. Eo mense fabæ pullularant, tenerisque germinibus colonos exhilerabant. Græci enim mense Septembri statim post æquinoctium autumnale fabas serebant; contra Latini verno tempore. Vere fabis satito; inquit divinus Poëta. Apud Macrobius lib. i. Saturnium, calendas Junias fabarias dictas esse lego, quod hoc mense adulteræ fabæ divinis adhiberentur rebus. Pulte fabacia, & larido sacrificabatur; quod his maximè rebus vires corporis roborentur. Hoc enim mense Carnæ Deæ in Cœlio monte sacra siebant, ac ab eadem petebatur, ut jecinora ac corda (vitalibus enim præerat) quæque sunt intrinsecus viscera salva conserveret. Catonem notant insacrum porcæ præcidaneæ fabam adhibuisse, cap. cxxxiv. ubi hæc Cato. Priusquam messen facias, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca præcidanea, porcam fæminam, priusquam hæc fruges condant far, triticum, hordeum, fabam, semen rapicum, thure, vino, Iano, Iovi, Junoni, præfato. Plinius rationes alias ad fert, cur Pythagoras damnabit fabæ; puta quod hebetet sensus, insomnia faciat, quod mortuorum in ea sint animæ, tum quod litteræ lugubres in ea reperiuntur. Viri docti κύαμος nomine, Pythagoram intellexisse ovum scribunt; quod sit in eo animalium κύαμος, id est foetura. Ejus autem erat

decretum compar censeri, κνάμις ιδίει, πιφαλάσι τοκίων.
Contra alii, ut Gellius lib. IV. cap. x. scribit κνάμις te-
sticulos fuisse. Opinio, inquit, vetus falsa occupavit, & con-
valuist Pythagoram Philosophum non esitavisse ex animali-
bus. Item, abstinuisse fabulo, (fabulum pro faba verit
Gellius, si non mendum sit) quem κνάμος Græci appellant.
Ex hac opinione Callimachus poëta scriptit.

Καὶ πιάμων διπό χεῖρας ἔχειν σύνιστον ἐδεσθ
Καγώ Πυθαρός αἰσκέλευε λέγω.

Ex eadem item opinione M. Cicero in libris de divinatione hæc verba posuit. *Iubet igitur Plato sic ad somnum profiscisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis, perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur: quæ res habet inflationem magnam, is cibus tranquillitatem mentis querentibus, constat esse contrarius.* Hæc quidem M. Cicerio. Cuius sententiam probat Appolomius lib. de admir. ubi Theophrasti locum citat, quæ lib. v. de causis cap. 21. reperitur. *Oīnū, inquit, καὶ οὐτινός τὸν αἴνων, ταχεῖαν διὰ ἄλλας οἱ πολεμεῖσθαι απογεγράφεισται τῷ κυνηγῷ λέγονται. καὶ τὸ πεντεκόπιον τοῦ θεωτικοῦ, ἐπούσεταις πεντεγράμμιος ἡμίνιμον εἰσιν.* Hanc ob causam (quod putamina arbores necent, gallinasque steriles reddant, & ai γερεδίκια ἢ ὄρθις οὐρακῶν τούτην ιδεῖσθαι τὸν γίγαντα) fortassis etiam altas, Pythagorei fabe usum interdixerant; flatus enim gignit, concomitū difficilis, & turbulentia insomnia facit. Idem Diocorides. Illud notandum quod scribit gallinas sterilescere, & mulieres infœundas reddere; Nam contrarium verisimilius videtur. Galenus enim inquit, perbelles nutrunt & flatulentas sunt. Talia fecunditatem, non sterilitatem inducere solent. Sed Aristoxenus musicus vir literarum veterum diligentissimus, Aristotelis philosophi auditor, in libro quem de Pythagora reliquit, nullo sèpsum legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibus, & subducere sensim alvum, & levigaret. Verba Aristodemii subscripti Πυθαγόρεις ἢ τὸ σπερματικὸν μέλισσα τὸν κυνηγόν ιδεῖσθαι λίαν, κινητούτῳ γένεται. *Ἐπειδὴ φρεστικός, διὸ καὶ μάτια κίστες γένουται* — Videtur autem de κυνηγῷ non usitato, causa erroris fuisse, quia in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagoræ secutus est, versus hic invenitur.

Δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων δύτη χεῖρας ἐλεαθ-

Opinari enim sunt plerique *xiv. legum* legumentum, vulgo dici. Sed qui diligentius, scitusque carmina Empedoclis arbitratu*sunt*, *xv. hoc loco testiculos significare dicunt*; quod sint *eis* *rō xvii. deus* *rō xvi. dñs* *rō xviii.* Idcircoque in Empedoclis versu isto non à fabulo edendo, sed à rei venere proluvio, voluisse homines deducere. Pythagoras tamen à fabis abstinentium scribit, quod satis luculenter exponit Plutarchus, & sensum illorum verborum hunc esse docet. Lib. de pueris educand. *Tētē πυγμῆς τῷ Πυθαγόρᾳ μίνιγκαστι, εἰς ἡών τῷ θεῷ διὸς ἐγγένεται,*
κυάνων ἀπίκεται. ὅπερ εἴδει πολιτεύεσθαι, κυανεύεται γένος ἄμαστον αἱ Αὐτοφύεις, διὰ τῶν περιπτῶν πεῖσθαις.
Fabis abstine, hoc est, reipublice administrationem vita, nam olim magistratus, per suffragia fabis lata, creabantur. Et hunc morem Horna, Batavorū inclita urbs, in hunc usque diem servat. Thucyrid. lib. viii. de Republ. Atheniens. τοῖς δὲ τῇ κυάνῳ βαλεύεις ιππότου. Idem τῇ κυάνῳ λαχεῖ Faba fortitius. Quod Hornanis te boon gaen / fabas adire significat. Helychius Κυανοτεᾶς τοῖς Δλγ. Φυ-
σιστοι, κυάνοις ἔχειν, οὐτὶς οὐκαρον κυάνων, η τοῖς τὴν λευκὴν κυά-
νων λαβόντας οὐκαριστον εὑρίσκον. In eligendo Magistratu, fa-
bis utebantur, & cui alba faba obtigisset, is Magistratum suscipiebat. Aliam prorsus diversam rationem dat Diogenes Laertius ex Aristotele *τοῖς κυάνων* in Pythagora lib. 8. Φοιτὴ Αριστοτέλης τοῖς τοῖς τοῖς κυάνων, τῷ συγγένει
αὐτὸν ἀπίκεδαι, τοὺς κυάνων, οὐτὶς αἰδίοις ιστοι ὄμοιοι, οὐτὶς τῷ φύ-
τῳ πολέμεις (*αὔγουστον γένος μονον*) οὐτὶς φθείρεις, οὐτὶς τῇ τῷ ὄλε-
φυσις ὄμοιοι, οὐτὶς διαταχήσηται. κληρότηται γένεται αὐτοῖς. Et
hæc nobis quam Gellii opinio probabilior est. tamen Plutarchus lib. viii. Sympes. quæst. abstinentium eos monet, a fabis, qui divinare volunt, οὐτὶς τοῖς τοῖς έρω-
μένων ιστα διστάνει καὶ περιπλεκτι τοῖς καθ' ὑποτο, διώνιον μερετο-
ύοις ισχεῖται τοῖς τοῖς κυάνων. Ετῇ περιφλῆ τῇ πολύποδεσῶν ἀπίδας
κατεύθυτος διαμένεις τῷ Δλγ. τῷ οὐτείσα μαντικῆς. Cibos quo-
dam porro esse qui difficiles somnos faciant, Εanimam per-
turbent, testatum fieri fabarium exemplo, Εpolypodis ca-
pite, quibus abstinere juberentur, qui divinare per som-
nium cuperent. Animam perturbant fabæ, quod flatu-

lentæ sint, & hoc vicio obnoxias esse fabas, auctores sunt Galenus & Dioscorides. Huic opinioni Geoponico, auctor ex auctoritate Didymi favet lib. II. cap. XXXIII. Oi, ἡ Φυσική, φαστὸς κυάμως αὐτοῦ τετράγωνος πεδίου εἰδίστηται αὐτός. διὸ καὶ ἐπιπλέγει τοῖς σύνοντες τοις ζωὴς πενταπόδεσι. φαστὸς ἡ καὶ τὸς πενταπόδεις ὅργες συνεχῶς αὐτὸς εἰδίσταις, ἀφεντικοῦταις, τὸν κυάμων ὁ Πυθαράρχος φησι μὴ γένεται εἰδίσταις, ἀλλὰ τὸν καὶ τὸν αὐτὸν σέργοντα πενταπόδεις γένεται, φηστὸς τὸν κυάμων ὄντα βραχίονα μὲν αὐτοτοληθεῖται πάλιν τὸς στήνης αἴγαμετέσ. τέτρα τὸν αἱλυρῷ, ὑδατι μηδέποτε ἔψησθαι, οὐδὲν εὖδε τὸν βαλαντινό. σημῆτος δὲ αἴπεχτον κυάμων αἱματοφύτος, ἀλλὰ τὸν δὲ οὐείσον μεταστίαν. φίδιος ἡ καὶ ὀφίων τοις διαδεικνύεται. Ceterum Physici ajunt, fabas habebat corda eorum quis eis vescuntur. Quare & recte somnia impeditre eas putant, Sunt enim flatuose. Ajunt & domesticas gallinas ex affiduo ipsarum eis steriles fieri. At vero fabas edere non oportere, Pythagoras, inquit, propterea quod in flore ipsarum lugubres litterae reperiuntur. Tradunt autem fabam rursus expeleri luna augecente; eandem etiam in falsa aqua nunquam coqui, unde neque in aqua marina, (Pila sale addito dura manere, nec ulla coctione mollefcere, etiamsi, ut ita dicam, per triduum coquantur, experientia didici.) Primus à fabis abstinuit Amphiaraus, vaticinationis per somnia gratia. Circum feruntur etiam Orphei versus ejusmodi.

O miseri à fabiis, miseri subducite dextras.
Par facinus fabiis vesci, capite atque parentis.

Errat quod Pythagoram à fabis abstinere scripsisse dicat, quod in eis lugubris macula reperiretur. Hoc enim de flamine Diali Plinius & Festus. Non licebat, inquit, flaminis Diali fabam aut tangere, aut nominare, quia in eius flore apparerent lugubres litteræ. Propter hanc maculam Homerus Iliad v. οὐαπεστού κύαμοι μιλανίζοσσι, ἡ ιρεῖσινοι Faba referiva, seu potius, uti Festus, refriva, quasi referiva dicebatur, uti Turnebus lib. xiiii. cap. xv. ait, quod veteres cum severant segetem, quia & in agrum fruges tulerant, quod inauspicatum videbatur, domo eas exportasse, & non redituras, solebant & segete, at statim sementi facta, aut postea referre auspicii causa domum, pro tritico & frugibus, retulisseque fabam perinde erat, ac retulisse fruges, & ausplicari earum redditum, ominaque eas domum reverluras, non in agro semper remansuras. Sed de his haec tenus. Describit fabam Theophrastus variis ac diversis in locis, uti lib. viii. cap. iii. per torum librum octavum, & lib. iv. de caus. cap. xi. & viii. & xv. xvi. de caus. lib. ii. cap. xxvi. & xxx. lib. iv. de caus. cap. xxii. lib. vi. cap. xix. aliisque plurimis quæ suis locis partim examinavi, partim examinabam. Hoc loco illud videndum, an faba, sive bona vulgaris, sit faba veterum. Negant hoc viri longè Doctissimi, ac his sere probant argumentis, quod faba rotunda debeat esse nec magna Rotundam Græcorum fabam esse, multorum rotundorum tam fructuum, quam aliarum rerum ad eam collationes ostendunt. Theophrastus li. iv. cap. iv. de loco, ὁ ἐκ καρποῦ ἡγένετο κύαμος, fructus magnitudine fabæ. lib. iii. ca. x. de terebintho μήδηδος ἡλίου κυάμος Eodē lib. & cap. & tiliæ & taxi fructum terebintho comparat. Dioscorides Xyridis rotundum semen, fabæ similem asserit lib. iv. cap. xxii. καρπὸς ἢ εὸν οὐλακίος κυάμος ὄμοιος τρόπῳ γυλλῷ, ἵρωθεσσί, ομβιός. Plinius tithymali paralii fructum, magnitudine fabæ esse ait. Galenus lib. xi. de simpl. medicam. facult. oniscos qui sub hydriis nascuntur, etiam κυάμος, id est, fabas appellari refert. Quod ubi sese in globum convolverint, esculentis fabis sunt, per similes. Li. de alimenti facultatis ca. de aphaca & vicia τοῦ σπηνηκοῦ τῶν απεριπτῶν τάπαν ἐπρόσθιον ἐπὶ τοῦ κυάμου, ἀλλὰ τοσταταν, μῆλον ὄμβιον τοῖς φυγίσ. Quæ omnes, inquit, similitudines & comparationes ostendunt, non solum fabæ rotunditatem, sed & parvitatem, quam præter illa, & hoc similiter confirmat, quod Diſcorides Ægyptiam fabam vulgarem Græcorum magnitudine superare tradit; quæ tamen & ipsa parva est, & bona longè minor. Pendet enim Ægyptia faba; auctore Galeno lib. de ponderibus, semiobolum tantum; bona verò semidrachmam, id est, integros obulos tres Contra Soranus Ephesius cap. xxiv. suæ Isagoges. Fabam Ægyptiam ponderare scrupulos duos docet. Quod verisimile puto; quoniam ex Plinio constat, granum Ægyptiæ fabæ cæteris majus valde fuisse. Atque haec causa cur fidem nullam habeam libro de ponderibus &

mensuris Galeno falso adscripto. Ad quæ argumenta responderi solet; diversis in terris majores & minores produci, & alia atque alia forma & magnitudine etiam in iisdem siliquis reperiri, cū & crescere incipiunt & perfecte sint. Veterū faba pusilla fuit, & loro veluti par, terebintho etiam comparatur, taxiq, bacca majore esse afferitur; nostras vero cultu major, pinguior, grandiorque facta, nomen tamen retinuit planta, non specie quidem diversa, potius fructus magnitudine & figura, non in plantæ ipsius natura, temperamento aut lineamentis constans. Στρογγύλα quandoque globosam figuram significare, quandoque etiam, id quod teres & cylindratum est, alibi probavimus. Vulgarem fabam veterum Græcorum esse, his argumentis probant; quod omnes notas habeat quas requirunt veteres; ac primum quod nullum leguminum genus ὄφελον sit præter fabam. Cicer enim ὄφελον verè dici nequit: Nullum etiam repperit quod δοσφόντες non habeat, præter vulgarem fabam; & hæc sola superne ex caule ramulos nullos emitat. In hujus flore lugubres notæ de quibus Plinius, Varro, & alii maximæ conspicuæ. Contra in cæteris. Hæc diutissime floret, hæc viridis inepta cibo, siccata apta, viridis inepta propter corticem quo cingitur. Ideo Batavi, cum recenti faba utuntur, decorticare solent. Præterea parvum illud nigrum quod summe fabæ adhæret & quod hilum dicitur, in nullo alio legumine, quam in faba nostra reperitur. Nam quod in Americano Indicoque piso nigrum spectatur circa germinis exituri cavum, atra nota est impressa cortici, non vero laciniosum hylum, quod integro cortice avelli queat, ut in faba. Festi locum de hylo depravatum dicunt ac corrugunt. Hilum putant esse quod grano fabæ adhæret. Qua auctoritate vulgatam rejiciant lectionem, non addunt. Illud etiam inquirendum, an ullum leguminis genus præter vulgarem fabam caulem habeat quadratum Dioscorides lib. IV. cap. xiii. κλύμινον καυδήν αἵνεις τεργάπων ὄμηρον τὸ τὸ κυάνιον Clymenum caulem, profert quadrangulum ceri fabæ. His addunt botanici expertissimi fabam vulgarem eisdem vires habere, quas Græci antiquissimi fabæ tribuunt. Nec illud obest quod Galenus fabam exsiccatam raram, laxamque dicat; cum bona

exsiccata corneam habeat duritatem. Rarum enim, laxeumque & durum non sunt opposita. Et laxam & raram & duram bonam exsiccatam esse, experientia & autoplia testabuntur. Hactenus argumenta examinavimus quibus bonam fabam esse veterum, quidam afferunt, quidam negant. Variat faba flore & fructu. Floris color vel nigrescit ex purpura, vel candi dus maculis nigris est conspicuus, quas Plinius & Varro, & Geponicus auctor literas lugubres vocant. Fructus colore & magnitudine differunt. Colore plurimum candido vel in candido pallente, ex rubicundo colore purpurascente, nigro aut in nigro purpurascente. Sunt etiam fabæ magnæ, quæ inter legumina maximæ censentur, & quo majores eo magis in longitudinem depresso; sunt minores quæ rotundiores: in qualibet siliqua ut plurimum ternæ, ad summum quinæ. Est & faba minor, quam equinam vocant. Hanc sic describit Dodonæus. Est & sylvestris fructu rotundo, atro; & hanc vulgo fabam Græcorum vocant. Haud scio an sati commode. Sylvestris sive nigra hæc bona caule quoque est angulari, inani, nullis geniculis intercepto, & quidem ubi sive sponte est, ut fertur, breviore & erecto, in hortis autem Batavorum longiore, & nisi ad geniculus fulciatur, caducos foliis quoque bona similibus, sed in claviculari desinentibus, quibus prope assistentia apprehendit & complectitur. Flos bonarum formæ, colore è puniceo nigricans: siliqua quoque veluti aliarum per maturitatēn nigra, intiore sui parte albos mollesque floccos continentis; in quibus semina tria, quatuor, aut quinque rotunda, erubile formæ & magnitudine; subinde paulo majora, colore nigra, parvum, candidum umbilicum habentia: quorum septem, octo, aut subinde novem semidrachmam pendent. Substantia horum seminum rarior est, ac minus dura solidaque, quam bonarum majorum: dum autem manduntur factorem veluti quendam ingratum excitant. Hactenus Dodonæus. Illud fatendum, multas notas, immo quam plurimas fabæ à veteribus datas habere, & fortassis omnes. Nam in Gallia Narbonensi ὄφελον est.

Natu & mox Latinis pisum, nomen accepit vel νέρον πίσον quod decorticare significat, vel ab agro, vel urbe Pisa, circa quam copiosissime olim nascebatur. Hujus

Faba silvestris Græcorum Lob.



Pisum vulgatum majus Lob.



meminit Stephanus Βασιλεὺς (inquit πῶν) καὶ εἰπεν τὸ ἄρδεν
δίος νόμος ἔργων, καὶ διαυματάρχης ἡγέρης πλεῖστης. Pisa est locus in
quo Iovis templum adificatum est. Et olympicum certamen
peragitur. Non desunt qui contendant pisum à veteri-
bus λίκνοις fuisse dictum. Hos refellit Galenus lib. de
boni & mali succi cibo. λίκνοις ἡ τοῦ εὐθύνης αἰδήνη τοῦ ἀλι-
εγούντος καὶ ὑδατού περιττού παλαιούς τε λίκνους. Lecython
vero appello ex molitorum farina in aqua cum aliquo pin-
gui decocta. Idem in gloss. λίκνον φυκῶν τὸ ἱδα τε λίκνος
quod est intra lentic corticem, vel lens cui cortex detractus
est, vel cui decussa putamina. Pisum variis in locis descri-
psit Theophractus; sed de eo memorabile nihil tradit,
omnia sunt facilia. Oblongiori quam faba inquit esse
folio. Et recte. Nam folium habet frequens, amplum,
longum, ex multis rotundis, levibus ac candidis, unum costatum,
& ex adverso satis compositum. Idem Theophr.
inter ea numerat, qua humi procidentem caulem ha-
bent; talem habet vulgare pisum. Genus tamen quadra-
dam reperitur quod fulcris non indiget: sed rarum illud.
Vulgare in clavicularis, sive capreolos definir, quibus jux-
ta affilientibus adminiculis sese implicat. Hujus genera
nonnulla, ac primum majus ac minus reperitur. Majoris
genera tria; quadratum, cuius fructus, dum virent, ro-
tundi sunt, exsiccati verò angulosi, & cinerei, quandoque
candidi & subflavi. Umbellatum secundum est,
quod flores in superficie ferat adeò copiosos, coronæ
instar nexos, ut umbellum referant. Tertium hor-
tense dicitur; flore est purpureo, aliquando albo &
vario, partim albo, & partim ex purpura obscurro.
Fructu rotundo, albo; quandoque rufo, nonnun-
quam rubro variegato. Aliud adhuc discrimen observa-
vi, quod filique membrana careant interiore. Et haec
pisa sine cortice vocant, vulgo puelen sondier schillen.
Hoc pisi genus in hortis apud Batavos seri solet, negle-
&to altero. Solent enim filii quis eius recenter enatis,
vel nondum maturis pisis libenter vesci. Pisum minus
flore est candido, vel diluti rosei coloris: fructu rotun-
do, albo, viridi ex luteo virescente, cinericeo, cæreleo.
Nigra vidit pisa Gefnerus, quæ à vulgaribus odore &
sapore nihil differe, ait. Observavit item Clusius pisi syl-

Pisum minus.



vestris genus perenne; etiam aliud ochræ colore. Minus
pisum, cuius iconem addidimus, $\alpha_{\chi\sigma}$ vocant, à luteo vi-
delicet ochræ colore, quem interior fructus medulla
refert. Plinius, Columella, ac reliqui auctores Latini er-
yliam, vel erylium, vulgo, ut dixi, pisum minus vocant,

propter summam quam cum piso similitudinem habet. Caule enim, folio, capriolo, & filiqua pisum refert. Fructu tantum differt; qui angulosus non est, quem pisum habere, observarunt antiqui, verum rotundus.